B. ee. 1. figura  
B. ff. 1. figura  
B. gg. 1. figura  
B. hh. 1. figura  
B. ii. 1. figura  
B. jj. 1. figura  
B. kk. 1. figura  
B. ll. 1. figura  
B. mm. 1. figura  
B. nn. 1. figura  
B. oo. 1. figura  
B. pp. 1. figura  
B. qq. 1. figura  
B. rr. 1. figura  
B. ss. 1. figura  
B. tt. 1. figura  
B. uu. 1. figura  
B. vv. 1. figura  
B. ww. 1. figura  
B. xx. 1. figura  
B. yy. 1. figura  
B. zz. 1. figura  
B. aa. 1. figura  
B. bb. 1. figura  
B. cc. 1. figura  
B. dd. 1. figura  
B. ee. 1. figura  
B. ff. 1. figura  
B. gg. 1. figura  
B. hh. 1. figura  
B. ii. 1. figura  
B. jj. 1. figura  
B. kk. 1. figura  
B. ll. 1. figura  
B. mm. 1. figura  
B. nn. 1. figura  
B. oo. 1. figura  
B. pp. 1. figura  
B. qq. 1. figura  
B. rr. 1. figura  
B. ss. 1. figura  
B. tt. 1. figura  
B. uu. 1. figura  
B. vv. 1. figura  
B. ww. 1. figura  
B. xx. 1. figura  
B. yy. 1. figura  
B. zz



PRÆSENTIS VNDICIMI CAPITIS FIGVRAB,  
ac ipsius characterum Index.

HAC figura tam superioris maxillæ, quam inferioris dentes, in altero latere exprimuntur, quum enim utriusque lateris pars sit ratio, abunde est alterius lateris dentes ex maxillis eratos delineasse. Si uero dentes maxillæ adhuc infixos contemplari uisum sit, superioris Capitis figuræ inferiorem commonstrant seriem, quemadmodum tertia & quinta sexti Capitis figuræ superiorem, ubi & quarta eius Capitis figura alveolos prompte ostendit, quibus dentes infixuntur. Quandoquidem ex calcaria, quam illa figura expressimus, studio superioris maxillæ dentes euulsumus.

A<sup>1</sup> Dextri lateris oculo superiores dentes.

B<sup>2</sup> Dextri lateris dentes oculo inferiores.

C<sup>3</sup>,<sup>4</sup> Duo dextri lateris incisorij.

Dens caninus dexter.

D<sup>5</sup>,<sup>6</sup> Quinque molares dextri. Hunc numerum & inferiori & superiori dentium classi accommodare integrum est. Nomina autem dentum, cum uarijs & reliquo obsum nomenclaturis, ex his libri calce sumenda uenit: quod in eum locum nomina, que cunque mihi hancenüs occurrere, duxerim rejicienda.

C Basis notatior molaris dentis.

D Acties dentis incisorij.

E Media molaris dentis pars hic delineatur, sicut in dentibus confundicim obfertur.



Pl. 24. II.  
45 XXX.

X O S S I B V S solos dentes sentiendi uim obtinere, Galenus non per functionem attestatur, afferens se quoque dentium dolore uexatum, atque tum diligenter animum adhibuisse num dentes ipsi doleat: sensibiliq; manifessò dentem non modo dolere, uerum etiam pulsare, carnis inflamatione obcessis non dissimiliter. Appellantur enim dentium radicibus molles quidam neruuli, à tertio nervorum cerebri coniugio propagati, quorum gratia dentes duntaxat evidenti inter ossa sentiendi facultate dominos credimus. Cæterum nonnulli Galeno haud acquiscentes, colligunt, dentem, quum os sit, citra dolorem affici: quemadmodum cum lima excessus dentium praeficare, aut ignitis ferros aliquando exurere cogimur. At quum in huiusmodi artis operibus ipsos senlu prædictos subinde experiamur, & à frigore potissimum molestati cognoscamus, merito laudandus est immelius rerum Opifex, quem ceterorum ossium foliis duntaxat dentibus notatu dignant sentiendi facultate largitum arbitramur. Nouerat enim hos crebro occursum nos quæ fecant, uel frangunt, uel rodunt, uel ualide excalefaciunt, aut refrigerant, uel alia quauis occasione alterant: quibus omnibus dentes multò aliter, quam reliqua ossa, nudi exponuntur. Quamobrem, si nulla sentiendi uipolleret, à dolore homo ne uitiam admoneretur, neque denti fueret, quod infestat amoturus, priusq; molestati dentes uitarentur. Porro dentes non solum sensu, & quod nudi sint, ab alijs ossibus distinguiri creduntur, uerum etiam quia hos plus ceteris ossibus semper enutriri, & quous tempore uitæ in crementum accipere, ideo præcipue arbitramur, quod dentes illis quos excusimus oppositi, subinde in eruti dentis locu extra reliquam dentium seriem sucrescant: ob hoc uidelicet, quod contrariis dentibus non amplius alterantur. Reliqui enim dentes tantum augmentur, quantum lævigantis cibis communiantur. Sunt autem plurimum dentes numero triginta duo, una serie in utraque maxilla sedecim, instar iustissime choree siti. Quatuor priores aduersuū quia fecant, incisorij uocantur: sunt enim lati & acuti, quod oblatum ipsi cibum mordendo cultrimo modo prompte abscondant, dividantq; Deinceps.

Dentes sensi  
re.  
Libro quinto  
de Medicina  
mentis consi-  
pisti one sciam  
dam locos,

Dentis à ce-  
teris ossibus dif-  
ferentia.

Dentum sur-  
meras.

Incisorij.

*Canini.* Deinceps canini utrinque singuli constituuntur, ampli quidem sua basi gingivis proxima: *Choraff. s.* iporum autem fine à gingivis remoto, acuti, ut si quid proper duritum ab incisoris non praecinderetur, hoc illi confringent. Porro ipsi id nomen inditum est, quod exerts canum (qui hos habent insignes) dentibus respondent. Post hos, <sup>4,5,6,7,8.</sup> maxillares seu molares quini ab utroq; laterē habentur, aperi, ampli, duri & magni, quod incisa ab incisoris, effractaq; à caninis in læuorem exactum terere possint. Si enim prorsus laeues crearentur, idonei ad proprium munus minime exsisterent: quoniam ab inaequalibus aperisq; omnia melius teruntur. Proper hoc ipsum & molas, quibus fruges moliuntur, temporis processu diuq; minuendo laevigatas, rufus in incidi atque exasperari uideamus. Neque si aperi quidem essent, non autem duri, plus commodi ex ijs esset, ut qui prius contererentur, quām cibos in læuorem communirent, sunt enim dentes omnium officiorum durissimi. Quietiam, si aperi & duri facti, non essent unā & ampli, neque tales plus accommodarent illis concredo munierit, si modo que leuissimū atteri debant, in ampli firmari basibus oporeat. Incisoris enim & caninis nihil cōminuitur, propter stricam & angustam ipsorum aciem. Quid si hæc omnia molares adipisceretur, at interim parui essent, non ne & hoc solo illorum usus corrumpereatur? quum plurimo attendis cōminundisq; cibis tempore indigemus. Dentes ad unum omnes in maxillarū sinibus clavatu ritu infinguntur, qui propter imaginem, quam cum praescipibus brutorum habent, Græcis φορνισταis Latinis praesepiola nuncupantur. Hi namq; singulis circundantur dentibus, hosq; stringunt atq; adeò exactè retinent, ut non prompte uel tantillum commoneantur. Neque paribus radicibus omnes suis inferuntur praescipibus, quandoquidem paruis una radix, duis uero majoribus, tres & quatuor maximis obtigerunt. Incisorij enim singulis immittuntur radicibus. Canini quoque radices singulas exigunt, qui incisoriorum radicibus multo altius infinguntur, tantoq; maiores sunt quantum caninorum robur excedit. Quanquam & inter dentes duo medii singnioribus hæredit radicibus, quām duo laterales, caninis proximi, nimirū quod medii latiores grandioresq; sint. Molares radicibus inter se variant, nam qui maxilla inferiori sunt infixa, binis radicibus: qui superiori, ternis, subinde infinguntur. Differunt tamen & hi interdu, qui nang suprà sunt, quaternis: qui infra, ternis radicibus immitti aliquando deprehenduntur, praescitum duo denti intimo proximi. Dein frequentissime duos molares superiores canino denti succedentes, duobus tantum immitti radicibus spectabiles, tres reliquos ternis: sic & duos inferiores canino proximos una radice, tres reliquos duabus. Præterea obseruabis quoque omnium intimos minoribus infigi radicibus, quām illis attiguos. Incisoriorum & caninorum numerus, raro in hominibus ut molarium, mutatur. Interdum enim in utroque late quinque molares occurunt, interdum quatuor: nonnunquam quatuor à sinistris, quinque uero à dextris: uel contraria in finistris quinque, ex dextris quatuor: uel in fratre quatuor, suprà autem quinque: quam differentiam potissimum paruit postremi dentes, quos plerique genuinos vocant, etiam si Cicer ita molares uo cauerit. Sunt autem illi, qui primū post pubertatem uenerisq; uolumen homini cum maximis subinde circuatis prodeunt: id quod medici parum obseruantur, aut alios dentes euellunt, aut humorū uitio eos infestari sibi perfaudentes, & gros catapotis atq; id genus pharmaci obruant, quum dolore affectis nullum leui gingiviarum ad postremum dentem scarificatione, ac interdum ossis pertusione, praefentius remedium adferri possit. id quod ipse etiam modò exterior, cui haec scribens triglimus secundus dens artatus uigesimo sexto anno suceret. Atque id etiam arguunt permultae calvariae in cemiterijs occurrentes, in quibus posteriores illi dentes velut in cauea quaipi adhuc reponuntur ac latitant, quibusq; fusa basis apicibus orennissimum perforant. Cuiusmodi calvariam nuper mihi exhibuit humana fabrice quām studiosissimus ac ualde peritus iuuenis, IOANNES PAVLVS GVL DV CIVS VRBINAS, mihi amicissimus. Caeterū Aristoteles, alijsq; complures uiris copiosiores dentes quām mulieribus ascribunt: quod cuius non minus promptum est experiri, quām mihi falsum id esse dicere, quum nulli non dentes numerare licet: ex quorū frequenter plerique etiam uitæ longitudinem breuitatemq; arguunt. Dentes non solum dictos nunc præstant usus, uerum etiam ad uocis modulationem iuuant, quum dura lapideaq; conformentur substantia, exiguae, sed notatu dignas cavitates intus obtinente: quae ut dentes leuiores sint, commodiūq; accipiant nutrimentum, occasionem præbent. Atque huius cavitatis causa, si quādo dentibus foramina ex humorū acrum erodentiumq; influxu oboriantur, quae ad eam cavitatem uelq; pertingent ocyllime dentes ad radicis usq; extrema eroduntur. Deinde pueroru dentes imperfecti & mollibus & quasi medullosis cōtare radicibus, non præterendum est: quemadmodum & pueris dentium partem extra gingivias confiūcam, dentis radici appendi modo committi. Atque id quidem uel pueri didicimus, quum nobis socijsq; uacillantes dentes,

In ea initio  
cum que se  
pius occurrat  
rit radicum  
seriem ex-  
prefsumus.

*Quādēt me  
zillis infingan  
tar.*

*Dentium radic  
ces.*

*Dentium nu  
merū aliquant  
do uariare.*

*Genuini den  
tes.*

*Dentium eau  
tus.*

*Dentium ap  
pendiculae.*

*Dens Einf  
guinis.*


dentes, & precipue incisiores, unguibus aut filo denti circundato, eximere colosseum. Quin & in mulis quoque, ac multis canibus dentium refractari radicibus, ipsorum appendices procedere indies obseruamus. Atque postremum illud profectio accuratissime expendendum est, ne pueris effracti aliquis ex fusi denti reliquam portionem unquam eruamus, sed duntaxat appendicem, in cuius locum alia (modo radix feretur) prompte succrefeat. Dein plurimum id quoque in pueris animaduertitur cedocit, quibus mox ab incute strate molares dentes eroduntur, ut solent. His in his namque operae precepsum est, molarium dentium appendices (quae non ita ut incisorum procedere in ipsis solent) auferre, quia nouae earum loco succedant, dentesque integrerentur. Si enim appendicem unio stratis progreffu firmetur, appendix nunquam decidet. quinimmo vel pubertatis tempore aliquot dentes cum radicibus, ob erosionis uitium, plerunque venientur erudiendi.

*DE OSSIVM CAPITIS ET M<sup>A</sup>  
xilla superioris foraminibus. Caput XII.*

**V**ANDO QVID E M in uenarum, neruorum & arteriarum descriptio-  
nibus, foraminum capitis ignorantia non modicum obscuritatis paritura  
efset, dein quia in illis snarrandis (quii cogniti sint difficillima) Anatomi-  
corum praecipui multum aberrauerunt, opera & preium iam duxerim, hoc  
Caput omnibus capitis foraminibus dedicare, ac singula quae accurata di-  
ligentia & sectione manifeste deprehendi, modo recensere, ut in ualorum &  
neruorum quarundamq; membranarum cerebri narrariet, huc studiis  
descendit, & cupidus lector recurrere posfit, & foramen cuius mentio incidet, perpetuo in pro-  
cinctu habeat. Ut uero id fiat compendiosius, quatuor figurae praeferri negotio famulantes,  
huc reponam, unumquodq; foramen cum ipsi prefatio charactere seorsum ita narraturus, ut  
fermo similis charactera Indicet & Capitus contextus uices opportune suppliceat. Inde si casu,  
aut ex industria aliquis sinus uel procerus ante fuerit omisillus, illum etiam nunc deferimam.


**Carforaminū  
descriptio insti-  
tuatur.**

PRIMA XII CAPITIS FIGVRAS.




**P R A E S E N S** figure anteriorem calvarie sedem exprimit, ac proinde omnia etiam foramina in oculi sede maxillaris superiori, in hac superficie apparentia, proponit. Caninum autem caput humanae calvariae subiectum, tam prius maxilla superioris osibus futuris indicandis unicet, perinde ac tota haec figura, iunt.

SECVN.




*H*AC figura calvariae basis exteriorem faciem, quā palatum reficit, delineauimus. Non enim hic caluam, seu caluariam, aut capitis ossa non oīlo illa que prius in sexto & nono Capitib. ossa capitis vocata sunt, nominabimus: aut cum Aristotele capitis tantum partem ea piliſt reūlam: uerū oīlo illis ossibus maxillā superiorem adjicemus, id ī caluariam seu caput modō dicemus, quod in cemiterijs paſtim reperitur, & calvarie loco pinguit. Quod autem ſuprā capitis ossa d. maxille superioris ossib. distinxerimus, Galeni nomine & euidentioris doctrina ſudio factum fuīſe, hactenus abunde licet colligere.

TERTIA DVODECIMI CAPITIS FIGVRA,  
INTERNA M CALVARIAE BASIM COMMONSTRANS.



QVARTA



*QVARTA.* internam calvariae sedem superioris ipsius partis ostendit, quam  
ā tertia figura calvaria ferrata recessimus, ut calvariam cerebri harmoniam ostensari diu-  
dere solemus. Age igitur characterum indicem aggrediamur. Singulis characteribus eius fe-  
guræ cui peculiares sunt, numerum subiectamus, prius adhuc admonentes, nō parum formidinibus  
quibusdam intelligendis eam figuram inuare, quæ oclavi sexti Capitis habebatur, interiore  
ostendens ossis cuneum referentis, & oclavi capitis ossis, que cerebrum spectat superficiem.  
Eam enim figuram cum interna tertie huius Capitis figura sede, secundum cuneiformis ossis  
oclavi capitis ossis descriptionem, conferre plurimam conduxerit.

A 1 Foramen ad medium supercilii incisum, quo<sup>3</sup> ramus minoris terii parisi neruorum cerebri  
radicis ex oculi sede ad frontis musculosam cutem dilatatur. Hoc in utroque latere non sem-  
per perfectum orbicularē exsistit foramen, sed subinde sinus duntaxat semiū circulū ritu excultus  
apparet. Aliquando in uno quidem latere foramen, in altero autem semicircularis tantū sinus,  
perindit atque hic in prima figura, cernitur. Foramen hoc frontis ossi proprium est, quod  
aliquot I prima huius Capitis figura insignitum cernitur. Verum non est, quod aut hic in ora  
tionis contextu, aut in margine os aliquod adnotem, quum character foramen indicans, etiam  
os curid insculpitur, prompte doceat.

B 1 Foramen, quo dictæ minoris terii parisi neruorum cerebri radicis fiboles, ex oculorū sede in  
genas ad superioris labri & alarū in nasi musculos procidit. Præsens foramen in istar oblongi mea-  
tus in quarto superioris maxillæ osse sculpitur, & in anteriori maxillæ fede ubi in prima figura  
B ponit, foraminis huius ductus penitus in osse calatur. Per oculi uero sedem, tantū tenui ac  
sq[ue]am similiimo osse tegitui: quam regionem A in oculi sede conspicuo, insigniunimus.

C 1 Foramen nunc cōmemorato amplius, quod ex magno interno ue oculi angulo in narium  
cautitatem rectâ deorsum pertinet, secundo superioris maxillæ ossi, & quarto pariter cōmune.  
Id si 1. cap.  
ibid. 4. O. C.  
4. maxilla.  
maxilla. 1.  
le. B.  
Foramen, quo dictæ minoris terii parisi neruorum cerebri radicis uiam præbet, & nonnihil pi-  
tuita ex cerebro ad oculi sedem confluit, ad nares transmittere creditur. Ceterum præter  
id foramen, aliud quoque grandius pituita ex oculi sede in narium amplitudinem, hincq; mag-  
gis ad fauces quam nastrum defluxit, preparatur. Quod quid profundi latitet, neq; illo pauci  
præpositis iam figuris indicari poslit, quartam adito figuram sexto Capiti præpositam, à qua  
ingulæ os (quæ cattum temporis exafius oculis subiaceat) excusimus, illi figura & scriben-  
tes, ut faltem foraminis huius in cuneiforme osse incisi fedes indicaretur. Quo autem id magis  
in calvariae cōspectum fugit, eo minus quoq; mirandum est, hoc quacunque etiam dignum sit ani-  
maduersione, diffectionis proceres latuſc.

- D 1, 2 Præfens foramen omnium quæ in oculi sede conspicuntur, facile maximum occurrit, & dicte iam sepius minoris tertij paris nervorum cerebræ radicis<sup>a</sup> ramulo utiam dat, in temporalem musculum & manisorum ex oculorum sede porrecto. Neque huius duntaxat nervuli nomine patens illud oblongum<sup>b</sup> foramen excutum est, at mufculi temporalis exortu hinc quoq[ue] bur accedit. Ad hæc pituita, ad grandius in narium cavitatem pertinens foramen (quod <sup>c</sup> expressimus) defluens, utam præbet. Quinetū preparatum uideretur<sup>d</sup> nervulo cuiusdam, quem iuxta quinti paris nervorum cerebræ radicem educit, nos primum obseruauimus. Quippe nervulus ille per proprium foramen paulo posterius H notandum porrigitur in temporalem muscleum & manisorum, illum<sup>e</sup> qui in ore delitescens, etiam attollens maxilla famulatur. Cæterum rima hæc, seu oblongum foramen D insignitum, ad cuneiforme os, & quartum os maxillæ superioris pertinet.
- E 1, 3 E in tercia figura posito, & E in utrissq[ue] oculorum sedibus prima figura foramen indicatur, in fedis oculi radice seu uertice elatiſſimū, & in cuneiformi osse incisum, quod foris quā oculi ſedē ſpectat, profrus orbicularē cernit, <sup>f</sup>nervio uiforio (cuius gratia excutum est) amplitudine respondens. Verum interius ubi cerebro propius accedit, iuxta extēnū ipsius latus, exiguum eundem acutum obtinet angulum, qui uenule cum uiforio nervo haec excedente paratur. Argulum hunc <sup>g</sup> nota. Is namq[ue] inter E & y in tercia huius Capitis figura conficitur.
- F 3 Huic finu cuneiformi oſſi, uiforiorum nervorum<sup>h</sup> coitus innititur.
- G 1, 3 G in primis figura ſinistra oculi ſede occurrat, in tercia autem figura G dextrum eius figura latus ideo occupat, quod in ſinistro latere foramen G indicatum, nufquam obuiū fit, eo quidē huius figure caluaria in latus vel iſtius foraminis aliquo modo uidenti nomine, inſcrutimus. Inſculpit autē cuneiforme oſſi, ac humiliori ſu parta paulo minus toto orbicularē eſt, elationi uero in acutum longum<sup>i</sup> & angustum definit angulum. Foramen hoc, etiā Galmo fecus uolum fit, nervi uifori foramen amplitudine unicit, & ſi ſimiliter ac illud profrus orbicularē eſſet, facile triplo, aut quadruplo amplius efficeretur. Nihilominus ita men humilior ipsius pars, quam paulo minus toto orbicularē eſſe diximus) uiforii nervi foraminis amplitudinem adhuc longi superat. Præfens foramen caelatur gratia<sup>j</sup> ſecundi paris nervorum cerebræ, in oculi ſedē in modouendo oculi muſculos progrediens, deinceps minoris tertij paris nervorum cerebræ radicis, quæ frontis cuti, superioris maxillæ in face muſculis, in nares & muſculos inferiorem maxillam attollentes, digerit. Hæc quidem per humiliorē foraminis ſedē procedunt, unā cum <sup>k</sup> insigni ramo ſoporalis arteriæ, quam reticularem plexum in homine quidam efformare communiſſuntur. Verum per elatiorem foraminis ſedē, quæ in angustum longum<sup>l</sup> angulum cogitur,<sup>m</sup> uenae ex oculorum ſede, ab illis quæ temporalem adeunt muſculum, duræ membranæ hic diſtribuitur, & ſue distributioni in caluariæ baſi finus inibi excutptos gerit, uenularum tuberibus conguentes, & in ea caluariæ ſede conspicuios, cui in tercia figura <sup>n</sup> inscribitur. Neque proſectio nervi hiſ duntaxat, & uenae, & nuper dicta in ſigni arteriæ, am pluſ id foramen excavatur: uerum etiam pituita ex cerebro in oculi ſedē, & hinc in narium amplitudinem promanant, quemadmodum ſectio luculentissimè luxta ac iucundissimè oftendit, adeò ut nulla ratione magna hæc foraminis amplitudo, nervis illis, & uenae, & arteriæ par conspiciatur.
- H 1, 3 Foramen orbicularē, & in oſſe longius quā duo proximè commemorata procedens, & arciū quicq[ue]. Hoc in cuneiformi oſſe cum reliquo<sup>o</sup> nervi gratia excutitur, quem nō procul a principia quinti paris radice pronaschi audies. Præfens foramen in tercia figura dextro latere ſub G poſitiū, paulo grandius uifitorum foramina in ſinistro latere confiſco, quod interdū præter nervi illiū etiam tertii paris<sup>p</sup> minoris radicem tranmittat, quam per foramen G inſignitum deduci, paulo superioris commemoratum eſt.
- I 3 Hac ſedē in oſſe capitis oſſe<sup>q</sup> multa, ſed exigua ſpectantur foramina, odorum & acriis in inspirationibus ad cerebrum ingressus nomine, in cifa. Hæc non ut haſtenus dicta, ipſo ductu recta ſunt, & utrinque periuia, ſed obliqua, & anfractuosa, ſpongiorumq[ue] foraminibus ſimilia. Inter reliqua tamen utrinque unum eſt rectum & grande latitatis, quod primum quodammodo eſt, & anticæ frontis oſſi ſedi proximum, <sup>r</sup> uenam ad duram cerebræ membranam ex narium amplitudine exporrectam tranmittens. Verum cetera interim foramina, etiam recta & utrinque pertulit uiderentur, ſi modò interiora narium oſſicula in ipſorum ſummo nō pari ſemper numero reponita, & inſigniter fungofa, & nonnulli membranæ cartilaginea exinerentur.

Num

Num uero haec foraminula pituita cerebri expurganda etiam efformetur, septimo libro tractabimus. In presentia tamen addendum duxi, his nunquam nisi oppleto cerebro pituitam exculari, & leuisima pituita copia hac defluente, ea foramina obturari, aliaq; grauedinis symptomata induci. Insuper admonendus es, in omnibus caluariis non aequi frequentia hic apparet foramina, quemadmodum & sedes quibus<sup>a</sup> olfactus reponuntur organa, non pariter amplae in singulis conspicuntur. Ceterum canis animal minime pituitosum, sed exquisitissimo odoratu praeditum, ut has sedes habet amplissimas, ita quoque permulta admodum patentia in illis cernuntur foramina antrosum, non autem ut homini deorum, spectantia.

K 3, 4 Cauitas inter duas frontis os constitutae sequamus repotita, quam nonnulli olfactus organum effluerunt, propter aerem in illa confluunt, quem odoratu mirifice necessarium esse non ambigimus. Quam uero haec cavae capax sit, prompte obseruabis, si frontis os in superciliorum regione frerigeris, est enim amplissima, & molliuscule corpus membranula obductum complectitur, quod medulla quadammodo respondet: uniuersum tamen eiusmodi est, ut nullum simile in toto corpore reperiatur, præterquam in cavernis antris uec in cuneiforme ossa cerebro conspicuas. Præterea quibus gallico morbo anterior frontis ossis squama eroditur, aut uulnere perfringitur, tanto impetu in expiratione aërem ex cavaitate illa propelli cernimus, ut etiam is candela lumen promptissime exfluet. Præfens enim cavae non solum ad superciliorum sedem & quibusdam receditis foraminibus in narium amplitudinem pertinet, sed etiam in can frontis ossis porrigitur partem, quam superior e fidei oculi regionem cōfutare dictum est.

L 3 Foramen, aut rima potius, talis forma, qualiter unguis apice quis cere imprimet: quia<sup>b</sup> du rae cerebri membranae hic firmantes extrinsecus. Necesse quippe erat, non hic solum ubi ea membrana multis foraminibus est peruia, utrum alijs compluribus locis, caluariae alligari, & duram membranam fibras uinculaque per caluarium transmittere. Liceret etiam istas rimas aëri in cerebrum ducent aliqui auxiliari intueberis, si illas intrula feta, in nuperimē dictam frontis ossis cavitatem nariumq; amplitudinem definire expenderis, ac præterea in ossis cuneum imitantis antra pertinere animaduertieris.

M 3 Sinus in cuneiforme ossa incisus, ac glandulam cōtinentis, cui ex cerebro defluens pituita inflat, quam deinde per os finū hunc efformās in palati manare Galenus prodidit: per ipsum cribri aut spongez modo foraminibus peruium, pituitam colari afferens. Hanc sentientiam, nisi mea quædam in Gale num pietas remoraretur, non minus a uero alienam oftenderem, quam quod maxime. Quandoquidem haec ossis sedes, quæ ossis cuneiformis medium exsistit, nequit spongia; multoq; adhuc minus cribri instar perforatur, quum inibi solida continuaq; constet squama, intus amplias illas cavaeates plerunque continent, quas osta sexti Capitis figura expressimus, quæq; non nisi effracto prius ossis in conspectu uenient. Per huiusmodi itaque ossis cuneiformis foramina (quum nulla sint) pituita haudquaquam defecedit. Verum a finū M notato utrit que duo deriuuntur ductus, sinuum modo excipiunt, quorum prior ad secundum foramen nobis in oculi fidei radice enarratum ac G insignitū tendit, & pituitam in oculi sedem, & hinc per foramina, quæ prius C & D expressimus, defert. Posterior sinus ad asperum inæqualē foramen, feu rimam potius deorum porrigitur, quæ pituita ori palato ue potissimum influit, & aëre quoque inter spirandum caluarium petet. Rimam hanc temporis ossi & occipiti communem, N notauimus in finistro latere secunda figura, & in dextro tertia. Ductus uero & sinus non adeo commodè (quum non admodu caui uideantur) in tertia figura se spectandos offertunt, quanquam interior priorem finū O, posteriorē uero P in eadem figura indicauerimus, ut his adiutori characteristis finū sedem in ueris caluariae ocyus adinuenias. Procellibus qui orbiculatum circa finū M insignitū apparent, dura cerebri membrana firmissime adnascit, ac ueluti ea fede sustinetur, quæ hic a caluariae basi ascedit, insignioresq; siboni articulati rami, & commemoratas nuper quæ pituitam deducant vias, sibi subditas habent.

O.P. Q 2, 3 Ad latus inæqualis asperæ rime feu foramina N notati, ueris anteriora magis, aliud occurrit foramen in cuneiforme ossa incisum, quod leue est, & non ad amussum orbiculare, sed circulo respondet utrinque modice in longum comprepresso. Hac enim effigie foramen insinuari deuicit, quod duo teretia corpora inuicem membranis connexa, erat transmissurum. Tertii nanque paris neruorum cerebri cralsiori, & præcipue radici sum cum<sup>b</sup> quarto pari uiam præbet.

*Metus pugnando cerebri fluctu pugnat. Lib. 9 de V. fu. Partium.*

Quoniam hec septimo libro peculiaris figura quenamvis ratis presenti loco accutatis intelligentia non inservit ossi, hic illa adiecta, glandulam indicans, cui pituita influit. B. zelum ex tempore membra na cerebri exstru de pituitam deducentes.



E 2 R 2,3

- R 2,3 Rursus ad externum foraminis Q in dicat latus, aliud multo minus hoc, & exacte orbiculatum, in cuneiformi osse cernitur, quo internæ iugularis uena<sup>a</sup> portio à soperali abscedens ateria, caluariam subinfrat. Aliquando exiguum foramen ad internum latus foraminis, duo numerop cōmemorata neruorum paria transmittentis, obseruantur, eiusdem uene ramulo paratum. Verum id in uno caluarie latere raro uisitatur, atque adhuc multo rarius in utroque. Nos tamen id foramen sinistro lateri (quod inter ceteras caluarias una hoc donata foramine obtigit) sit, que ceteris omnibus eleganter uisa est; hic quoque appinximus, ac S in secunda & tercua figuris insigniūimus. Ab hoc foramine sinus per interiora caluarie ascendunt, conuexo dimidiate uenae congruentes: & in hoc cælati, ne caluarie os<sup>b</sup> sinus in dura cerebri membrana ue-  
narium modo ductos, premat constringat. Hos caluarie sinus in tercia figura & quarta ali-  
quo T, T notaūimus.

- T T. Foramen hoc in externa caluarie basis sede obuium, cōmodè uideri nequit, hinc enim oblique uerius exteriora protensum, in auditoriori organi cauitate temporis ossi insculptum des-  
nit. Quare etiam id paulo post cum aliquot auditoriori organi foraminibus delinacatum, rursus  
subiectam. Efformatur autem id, ut uiam porrigit quintam conjugationis neruorum cerebri ra-  
mulo, ab auditus organi cauitate hæc ad musculos inferiorem maxillam attollentes excurrenti.  
Insuper hoc etiam foramine iugularis internæ<sup>c</sup> sfoles, auditus organum perit, ac aer etiam in  
temporis ossi antrum auditus organo proprium, per id foramen fertur. Id quod facile perce-  
peris, si attracto in os aere, illum quasi per aures propellere conaberis, in aubus sonum perce-  
pturus uentorum, aut aquæ turbinum tonus parum absimilem.

- X 2,3 Insigne foramen maiori soperalis arteria<sup>d</sup> ramo caluarie ingredienti excavatum, quod non  
recta caluaria perforat, sed in foran oblongi meatus, ex posterioribus oblique introrsum in prio-  
ce temporis ossi insculpit. Ossis pars hoc foramine peruia, ubi de-  
orsum ad fauces spectat, ac in secunda figura ce notatur, instar pumi-  
cis aspera inaequalisq; uisitatur. Ceterum huic foraminis progreßum  
commonstrat X in secunda & tercia figuris positum, & deinde hac  
quam modo adjacens figura, in qua X & Y, ut & in maioribus figu-  
ris, situ inuicem minimè respondent. Hunc uero obliquum & in osse  
longo transte procedentem ductum, Natura effinxit longioris obli-  
quiorisq; arterie soperalis progreßus gratia, nimirum ut uitalis spiri-  
tus hoc erubendo ductus itinere, cerebro exquisitus præparetur.  
Quare etiam Galenū in primis admiror, quem cum plerisque alijs for-  
aminibus grande hoc foramen, non obiter expendendum latuit: &  
qui per foramen tertii & quarti paris neruorū cerebri Q indicatum,  
soperales arterias caluarium ingredi in suo de Simiæ uenarum arte-  
riarumq; dissectione libro, scriptum reliquit. Et quemadmodum de  
hoc foramine, neque canes, neque sinuæ hic intutus, falsa posteris tradi-  
dit: ita non mirum est, ipsum mirabilem illum reticularem plexum  
sua imaginatione in hominibus quoq; confixisse, ac usorum cerebri seriem non undiqueaque  
ueram memoria prodidisse.

- Y 3 E regione foraminis nunc dicti, ac X insigniti finis, qui caluarie amplitudinem respicit,  
aliud foramen inchoatur, recta anteriorum in narium uelq; amplitudinem, meatus oblongi mo-  
do protensum, & arteria<sup>e</sup> ramo uiam exhibens, qui à soperalis arteria maiori portione calua-  
riam ingrediēt, ad nares uelq; exporrigitur, inibi cum alijs eò porrectis arteriæ furculis pulsū  
edens sensibilem. Hoc foramen cuneiformi ossi peculiarē confab.

- a 2,3 Quinti neruorum cerebri<sup>f</sup> paris meatus, auditorius uero porus, cuius principium interius in  
caluarie amplitudine, a notata in tercia figura positum. Exte-  
riorum autem ipsius partem, que ab auro excipitur, ac auricula-  
le quodammodo respondeat, asperaq; uisitatur, a secunda figu-  
re indicat. Meatus iste est intus admodum amplius cauusq;  
sit, adeo tamē tortuosus & anfractuosus ac impenele uarius  
inuenit, ut nō nisi rarissime impulsum transmittat sétam, licet  
quo minus seta transmittatur, non ipsius meatus gyrianfra-  
ctus uero in causa tantum sint, uerum etiam quid est ad auren,  
& dein quia cerebrum respicit, arctior euferit, quam in<sup>g</sup> me-  
dio, ubi admodum amplius latusq; uisitatur. Verum interim  
haudquaq; audiendus est Aristoteles, quum ab aure ad cere-



Presentis figura foraminis X  
et Y notari, promptus est, et  
denda invenit, complectit enim  
urum late-  
rit, fr. remi-  
ne declivis,  
eferre pos-  
tos, quicili  
in calu-  
riam in-  
fusis, et ex  
plumbi fili-  
ferri cernuntur. V. triq; igitur  
X similius foramen notari, ma-  
ximo sensu soperalis arterie Y  
ramo paratur, utrum uero Y  
foramen indicat, soperalis arterie  
ramo in narium amplitudi-  
nem excurrens incisum.



Presentis figura ad similius laus est re-  
ferenda.

brum

» brum nullum afferit pendere meatum. At in oris palatum usque semitam pertingere, & uenam  
 c. f. ca. 14. li. de cerebro eodem defendere, inquit. In calvariae enim amplitudinem auditorius meatus perti-  
 net, & uenam quoque admittit: non quidem illam à cerebro ducit, uerum cam ab interna  
 iugulari calvariam ingredienti ad auditus organū assūmīt, & uti ante monuimus, quinti paris  
 nervorum cerebri ramulo uiam p̄ebet. Praeterea si setam auditus meatus exterus indideris,  
 hancq̄ modicē in anteriora introrsumq̄ obliquē protrusferis, in foramen v. notatū, illam multo  
 faciliter quām in calvaria amplitudinem ferri conficies.

*Libro primo  
H. floris eti-  
midium Capit  
ii undecimo*

b. 2 Foramen ex auditus organi amplitudinem medio exortū, ac illinc in posteriore porrectum.  
 Hoc anfractū s. labyrinthorum occasione, & quia in internam calvariae sedem non pertinet,  
 imm̄missum non transmittit foram. Praparatur autem<sup>a</sup> ramulo nervi quinti paris, quem quā Natura  
 indurescere uoluerit, admodum callidē hunc per durissimi siccissimiq̄ ossis anfractuosum  
 foramen deduxit. Vocatione uero omnibus diffectionum professoribus rugaq̄, cæcum & mo-  
 noculum, non quōd ueris periusq̄ meatus non sit, sed quōd uix ad auditus organi ampli-  
 tudinem usque setam plumbeum filum admittat. Istud foramen lupi & canibus, quibus  
 id supra mānūlāris processus radicis sedem habet, multo amplius grandiusq̄ cōtigit, quām  
 hominibus. Foritan nonnulli foramen ex auditorio meatu in priora protensum, ac v. insi-  
 gnitum, cæcum appellant. Ut cunḡ uero sit, hoc foramen v. aut illud b. notatum ignorarunt.  
 quanquam sanè haec tenus apud neminem, uel unum foramen digna descriptione exp̄essum  
 reperi, quum interim foraminum speculatio sit iucundissima, illaq̄ maximam Naturae argu-  
 ant industria.

*Foramen cæ-  
cum.*

c. 2,3 Foramen occipitis ossi & temporis ossi commune, ac<sup>a</sup> sexto pari nervorum cerebri, &<sup>b</sup> mā-  
 iori interna iugularis uenae ramo, minori<sup>c</sup> fororalis arteria fiboli excutptū. Ita ut, quia hāc  
 transfuntū organa grādiōra sunt, ampliū uulit, transfuntū cor-  
 porum forma respondens. Non enim examūfūmū circulare est, sed  
 quodammodo geminum intortumq̄, & p̄sūs una pars (quaे in-  
 terior est) uero ex calvaria antorū quodammodo elabentī para-  
 rū altera uero (quaे exterior est) uenae & arteriae calvariam ad poste-  
 riora ingredientibus subseruit.

*H. sc. foram. quod  
medio descriptis fora-  
mentis exp̄ressis  
intervenit quidē ipsa  
re pars est, ex ser-  
vō autem i. afer-  
bentis.*

d. 2,3 Foramen in occipiti ossi gratia<sup>a</sup> nervi septimi paris nervorum cerebri in cūsum, quod qui-  
 dem orbicularē est, sed ductu oblongum obliquumq̄. Ex posterioribus enim, internāq̄ calua-  
 riae sedē decline fertur, quō citius septimi paris nervus hoc ductus foramine, sexto pari commi-  
 teretur, unaq̄ ambo simili herentur, deorsum tuō descenderent.

e. 2,3 Foramen unicūm, cæterisq̄ omnibus facile maximum, quod occipitis ossi insinuat, gra-  
 tia<sup>a</sup> dorsi medullæ ex cerebro originem ducentur.

f. 2 Non insigniter amplum foramen, quod ab externa calvariae sede, ex posteriori nimirū  
 sedē<sup>a</sup> capitis occipiti ossis, quod primū ceruīa uertebrarū articulatur, incipiens in internā cal-  
 variae sedē longo ductu per os fertur, in elatiōne fedē septimi paris nervorum cerebri forami-  
 nis dnotat celans. Hoc<sup>b</sup> uene &<sup>c</sup> arteria gratia celatur, per transuersos uertebrarū ceruīis  
 processus sursum condescendentū. Cæterū in quibusdam calvariis id foramen in altero latere  
 aliquādo deinceps reperies, interdū etiam in utroq; uerū tunc huius foraminis uices gerit septi  
 mi paris nervorum cerebri foramen d. insignitum, quod tunc non ad amissum orbicularē cer-  
 nitur, sed oblongum, neruo simili cum uena arteriaq̄ transmittendo idoneum.

*Calvariae for-  
mam dura mē-  
brane uulifis et  
dimet.*

g. 2,3 Foramen id ad posteriorem regionem processus mānūlāris, iuxta futurā & referentis<sup>a</sup> la-  
 tus in temporis ossi celatur, & transuersum calvariam ingrediens, uiam externe iugularis ue-  
 nae<sup>b</sup> ramo hac calvariam petenti, offert. Animaduerti interdū id foramen, modo in altero la-  
 tere, modo in utroq; defuisse.

*h. h. h.  
i. i. i.*

h. Vide hic  
 propter figura  
 rat. ca. 14. li.  
 6 cap. C.  
 b. f. ca. 4.  
 h. h. h.  
 i. i. i.

In tertia figura, non oscilanter sinus in interna calvariae amplitudine, qua cerebrum conti-  
 netur, animaduertendus uenit, in quem tria foramina c & f & g insignita, & uenae arteriaq̄  
 transmittendis parata subeunt. A' sextienim nervorum cerebri paris foramine c notato, &  
 interna parte foraminis f insigniti, in dextra sinistrā calvariae fedē sinus incipit, quem in fini-  
 stro latere h, h & h indicauimus, in dextro autem tribus i. Sinus isti oblique inflat quartę cir-  
 culi partis sursum in posteriore, tantisper condescendunt, dum dexter sinistro inibi committatur,  
 ubi k reposuimus. Huius enim coitus sedes in media regione occipitis ossis uulifit, quae inter  
 elatiſimam futurā & experimentis<sup>a</sup> regionem, & posteriorem foraminis dorsalem medullam  
 b. f. 2, cap. 6 transmittens, ac in signiti regionem, media consistit, & k inscribitur, ubi occipitis ossi cral-  
 l. k.

k.

i. sisimum densissimumq̄ esse, in cuius ossis historia retulimus. Ex hoc duoruū sinusum congressu,  
 alius recta sursum fertur, sub eminentissima parte futurā & similis, & sub tota sagittali futura,

E 3 &





ad tuberis uero in hac sede conspicui latera, quae quodammodo in gibba sede sintuntur, infertionem tentant duo primi huic ossi peculiares musculi. Ex posterioris autem sedis cauo musculi<sup>e</sup> duo priores linguan mouentes precipue enascuntur. Præterquam quod gibba extrofsum, caua uero introfsum, atque ab iniurijs extrinsecus occurribus remotius opportune collocuntur. Grandius id osculum supra laryngem paulo cōsistens, tangentibus occurrit, ipsius interim lateribus penitus ferè latitanibus. Huius enim latiori osculo urting<sup>i</sup> alia duo uniuertur. Atq; horum alterū humilius est, alterum clatius. Humilius osculum nonnihil breuius, latiusq; superiori est, nulliops alteri ossi committitur, quād latere medijs ac latiusculi hyoidis ossis officuli, ad quod cartilaginis ligamentis cartilaginei interuentu valide, & notatu digna amplitudine necit. Verum finis ipsius superiori processu cartilagineis laryngis, que scuti imaginem exprimit, colligatur. Inferius hoc osculum fei latus una cum suo conitu, qui in altero cōsistit latere, humilius hyoidis ossis latus merito appellamus, aliquot musculis admittendis & producendis aptum. Atque hæc humiliora latera simul cum media grandiori osculo, v<sup>i</sup> imaginem pulchritudine conficiunt. Porro superiori osculo fei latere quod magis teres uifitur, alia rufus oblonga teretiaq; officula tantisper continuo serie uniuertur, quoque ipso rum fines propter radicem processus temporis ossis, quem scriptorii styliforme offendere iam sepius commemoratum est, temporis ossi inferuntur, utri in quadrupedibus uidere est manifestissimum. Hæc officula superioribus hyoidis ossis lateribus compissa, non pari semper obseruantur numero, ut plurimum tamen terma quaterna uestrinque cernuntur, quanquam etiam interdum, idq; maxim in mulieribus, hæc officula uiderimus simul cum superioribus lateribus omnino decollata, & ipsorum uicem teres quoddam, ualidum & oblongum ligamentum gerere, hyoidiq; ossi & stylum imitant processu colligari. Quod etiam non lemel animaduerit mihi admodum familiaris RENALDVS COLVMBVS, nunc sophistices apud Patauinos professor, Anatomie studiosissimus. Hyoidis igitur os neque liberum, neque ulli contiguum esse ossi, superiora ossis indicant latera temporum ossibus conexa. Deinde & inferiora quoq; latera, cartilaginis scuto similes processibus ligamenti beneficio comissa, idem atque stantur. Cartilagines enim laryngis, ut & costarum cartilagines, ollium præberunt, & quod ad continguitatem spectant, in ollium quoque cladem recententur. Verum quoniam hyoides os non adeo firma basi, atque reliqua ossa, nititur, proprijs id musculis in omnem positionis diffrentiam ita trahi in secundo libro narrabimus, ut neque in latera, neque fursum aut deorum, neque profum aut retrofum prompte ex sua sede dimoueri queat. & quamvis id minimum homini obtigerit, maximos tamen plurimosq; usus præstat: qui tunc enarrabuntur, quamq; ali quot linguae musculos ab ipso enasci, linguaq; fundamenti tuulisimq; basi modo subiici, & muscularorum laryngis quedam principia porrigit ostendemus.

### DE DORSO, ET GENERATIM DE ipsius ossibus. Caput X I I I .

#### SUBSEQUENTIS FIGVRAB AC IPSIVS characterum Index.

*FIGVRÆ* proximan paginam occupante dorso, quod Græcis ſunt & veteris dicitur, d<sup>r</sup> laterè expreſſimus, ut primus totius dorſi ossium contextus cerneretur, ac postmodum singula ipsius partes priuatim Capitibus delinearentur. Ceterum quum tres figurae, & carum præcipue tertia, ad praesentis libri calcem posita dorſum pariter commonstrent, non abs re illas etiam obliter intueberis, una cum tertii libri figuris, neu rorūm & dorſali medulla originem ducentum scribam experimentibus, atque ad undecimi eius libri Capitis initium repositis.

A,B Collum septem confitans uertebris, que numeris interne ipsarum sedi appositis sigillatim notatur. C,D Dorſi pars thoracem constitutrix, quam nonnulli simpliciter dorſum nuncuparunt. ali uero, quod ueluti post ſepum transuersum confitatur, metapbrenum. alijs, uti iam dicebamus, dorſi pars thoracem, qua thorax constitutur. Hæc ut plurimum duodecim formatur uertebris, quibus thoracis costæ articulantur. unde etiam illæ costarum, ut & thoraci uertebræ nominantur.

E,F Dorſi pars quinque lumborum uertebris complectens.

G,H Os sacrum, quod tantisper sex ossibus seu uertebris in homine effingi dabis, quoque ossis sacri descriptionem priuatim persecutus fuero.

I,K Os coccyx, quod etiā quatuor ossiculis efformari tantisper annues, dum & id descripfero.

L,LCC;

*L, L* Aliquot uertebræ *L* insigniūmus, nimirū in tota dorſi compago ſecundam, nonam, decimam, octauam & uigintiā quaream: ita indicatur uertebrarum partem, ſeu ſedem, quam ipsarum corpus nuncupamus.

*M, M* *M* in iſſide uertebris uiftur, in quibus *L* occurrit, proceſſus notans in latera exporreclos, atq; idco tranſuerſos, aut laterales nobis appellatos. Quid uero nō ſolē uertebræ *L* inſignia corporibus, & *M* indicat, tranſuerſis proceſſibus donentur, neminem latere arbitror, etiam ſi ſingulis uertebræ characteribus non obruiamus. Atque id etiam de ſubsequentibus notis exiftim aduenit: quippe ſi quid proprij cuiusq; obtigerit uertebræ, hoc Capite id explicare hanc inſtitutum.

*N, N* *N* in oſtaua totius dorſi fabricæ obſeruabis uertebræ, dein in decima ſeptima, & uigintiā tertia. Notatur autem *N* quidam uertebrarū proceſſus ad inferiora nutrētes, quibus ſuperiores ſeu incubentes uertebræ ſubditis articulatur uertebris. Hos proceſſus ob id quodd eorum ferantur, in orationis ſerie deſcendentes nominaſimus.

*O, O* Uiftur in uertebris, que nuper cōmemoratis ſubijciuntur, indicat uertebrarum proceſſus ſursum ſpectantes, quibus ſuperpoſte ſubiuentibus articulantur. Hos, recte deſcendentes proceſſus nuncupabimus.

*P, P* Dillit inſcribitur uertebris, quas prius *L, M* & *O* inſigniūmus, notantur autē uertebrarū proceſſus in corporis poſteriora exerti, & aculeo ac ſpinæ non abſimiles. Vnde etiam Græcis ἔκανε, Latinis uero ſpinæ nuncupantur, atq; binis quoq; totam uertebrarum compagem, ἔκανε & ſpinam vocamus. In orationis autem contextu, hos proceſſus ferè poſterioris uertebrarum proceſſus aut ſpinas nominabimus, totus dorſum hoc nomine rarius appellatur.

*Q, Q* Prope ea de reperis uertebras, quibus poſtremō enarratos characteres inſcripſimus. Ac *Q* nullā uertebræ notat partem, ſed foramen in uertebrarum conſiſtens lateribus, & neruо ad dorſali medulla pullulatos tranſmittens. Quām uero hoc foramen in dorſi oſib; uariū ſit, in peculiari ipſorum deſcriptione pertractabitur.

*R, R* Cartilagineum notatur ligamentum, uertebrarum corpora interueniens, quod Galenus cartilagineum puram ſe, contra uertebrarum placita contendit: uerū quām recte, ſecundi libri uiginti ſepimo Capite docebimus, inibi ſiguram propositurū huic narrationi non inuitem, qua aliquot uertebrarum delineabuntur corpora, cartilagineum hoc ligamentum, uertebrarum corporum appendices, & cartilagineum que corpus uertebræ appendicem intercedit (ut in pueris hæc ſehabent) experimentia.



In triū ſubſe  
quemū ca  
figuris uo  
rante ob  
num qf.



ERVM parens Natura homini dorſum inſtar carinæ cuiuſdam, fundamēnti machinata eſt. Dorſi enim opere recti ambulare, & crecti conſiſtre ualemus. Quanquam neq; illa in hoc dorſum homini duntaxat dedit, ſed perinde atq; alia in unius membra coſtructiōne, eo ad uarios ſimul ulus abuti conſuevit, ita nec hic quoque minus induſtriam ipsius oftendit. Primum enim omnibus uertebris ad ſuorum corporum poſteriorē regiōnē, foramen excutit, idoneam dorſali medulle per ipsas deliſiſtūr uiam præparans. Secundo, non ex incompoſito ſimplici ſe uniuersum conſtituit.

*Nature in  
dorſi creaſio  
ne induſtria.  
Vt ad fultr  
mat.  
Vt dorſali  
medulle uia eſ  
ſuclatur, & in  
term moſle  
ſit.*

tuit dorsum, quamus id ad stabilitatem & tuui dorsalis medullae sedem fatus fuisset: quū neq; lu  
xari, neq; excidere aut distorqueri posset, nisi ita varie esset articulatum. Verum si rerum Opifex  
tuui patienti pertinaciam animū adhibuerit, neq; in organoru fabrica ullum priorem dignio-  
rem ue specialet scopū, non alter fanē quam prorsus in compōsitu simplexq; dorsum creasset.  
Quippe si quis lapideum, aut ligneum animal configit, non alite dorlum quam unica conti-  
nuaq; parte fabricat. Homini uero dorsum inclinatu, aut erectu, non erat melius id uni-  
uerlum unico offe fabrificer, quinimo cum dorfi beneficio hominem multis ac varijs motibus  
agi oporteat, fatus fuit hoc ex pluribus constitutis libis, utcumque etiam hoc nomine iniurias

*Dorsi offis  
multitudinis  
causa.*

magis redditur obnoxium. Quamobrem uero dorsum non ex duobus vel tribus offibus, tam  
longis quam in manu et humerus, & ulna cum radio; in crure autem femur, & tibia os cum fi-  
bula; fed ex quatuor & triginta efformetur offibus, varie mutuo articulatis, in praesenti subiici-  
endum est, a principia totius dorfi particula sumpto orationis exordio. Est autem hæc<sup>b</sup> dor-  
fis medulla, quam in instar cerebrī partibus sub capite locatis esse tunc nitemur ostendere, quum  
quarto libro neruorum seriem pertractabimus. Quoniam itaque hanc similiter ut cerebrum,  
duro & prompte iniurias repellente munimento custodiri oportebat, dorsum instar carnis hu-  
mano corpori subiectum, omnino infculpi, iterq; simul & tutissimum ullum ac (ut Graeci di-  
cunt) ὀγκός ισχύς, ipsi medullæ confici debuit. Huius enim natura cerebro responder, & noxe  
que hac affecta hominem afficiunt, illis conseruntur, quæ cerebro laborante indies oboriri  
cerimus. Motus liquidus & sensus omnii partium qua læsa subfunte uertebræ, uitiantur.  
Sed hæc quidem neminem latere, Galenus attestatur. Quamobrem uero diuinus Hippocra-  
tes libro de Articulis prodiiderit, si plures uertebræ uno ordine inuite transi-  
mo ueantur, graue esse: si autem una ex cæteris compage exliait, pernicacio esse: haudquaquam  
perinde notum est omnibus. Hippocrates itaq; causam symptomatis nos edocet, nam si simul  
plures uertebræ dimouentur, ita ut quecumque paululum transmutetur, & sua secle declinet, tunc  
circularis, ac proinde nō uehemens dorsalis medullæ obtinet eversio. Si uero, inquit, una uer-  
tebrarum suo contextu dimoueat, tunc dorsalis medulla pars intercallo inflexa, afficitur,  
& que exiliit uertebra ipsam comprimit, nisi fanè & rumpat. Quum itaque dorsalis medulla  
angulari, eamq; subitam & acutam flexionem nequeat perferre, dorsum nō potuit magnis &  
laxis articulis insignem transpositionem habentibus, innoxie moueri. Vnde etiam melius fuit,  
ex multis & paruis offibus que singula ad motum conferunt, dorsum coacerari. Cæterum  
*Dorsi offis  
nō par magni-  
tudo, neq; dor-  
fis uero equa-  
mplitude.*

his offibus non per adegit magnitude, neque omnibus foramen medullam dorsalem transmis-  
tens æqua amplitude exculpitur. Coordinationis enim occasione melius fuit, minores sem-  
plici fieri superiores: modo id quod portatur ab aliquo, minus esse conueniat portante. Hinc  
igitur maximum dorsi offis facrum os à Natura creatum est, & ueluti basis quadam uigil-  
ti quatuor uertebris subiectum, duabus cōmissum maximis offibus, que una cum ipso cor-  
pus maximè stabilitum. Secundum uero dorfi magnitudinem, si à facro sursum ascendas, uer-  
tebra et facro offi coarticulata, à prima quidem iacēs quarta & uigesima, ipsa sursumq; in lumbis  
vertebrarum ordine quinta. Porrò aliarum singulari quantum politu ab infima discedunt, tan-  
tum & mole. Atq; hac magnitudinis diminutio usque ad ipsum caput perficitur, præterquam  
si quando uertebra interueniat paulom aior subiecta, quod fanè non absq; magno usu fici, pri-  
ma ceruicis uertebræ descriptio ostendet, que illam reliquis ceruicis uertebris latiore esse  
docebit, gratia commoda<sup>c</sup> quinti & sexti caput mouentium muscularū infectionis, & secun-  
di scapulam attollentis mulculi exortus. Atque inibi etiam articulationis nomine, secundum  
ceruicis uertebram validiori grandiorē tercia esse audies. Quia uero Natura nullius oc-  
casione uertebras in posteriori suorum corporum sede exculpit, quā ut iter<sup>d</sup> dorsali me-  
dullæ pararet, oportuit fanè foramen magnitudine cum dorlali medulla congruere. Hæc au-  
tem quum in singulis uertebris sit impar, & in primis uertebris maxima (gignendis enim ner-  
uis sensim constringit, attenuaturq; optimo iure superiorum uertebrarum foramen inferio-  
rum foramine amplius est. Dein quidem superiores uertebræ ample foramine exculpit debucrit,  
& interim alijs innituntur uertebris, prompti colliguntur, illas quoque simul tenues necessario  
extreftas esse. Neque dorfali medullæ duntaxat uia in uertebris exculpitur, uerum etiam tril-  
ginta neruorum paribus in homine à dorsali principiū ducentibus<sup>e</sup> tutissime uiae foraminaq;  
in uertebris calantur, quæ in neruorum serie exequar, quamus in priuatis uertebrarum descri-  
ptionibus quedam illorum foraminum mentio subinde incider: præcipue quidem in omnibus  
uertebris non eadem specie, neque pari etiam numero inueniuntur. Quum igitur dorsalis me-  
dulla ueluti alterum cerebrum omnibus propemodum quæ sub capite confiunt organis ha-  
beatur, & dorsum ipsi uia & uallum quoque tutum fabricetur, rerum Opifex alia permultani  
randap

*b Tres figu-  
re in caput  
li. prepro-  
prie-*

*T. brevis de  
V. sa partem.*

„ perinde notum est omnibus. Hippocrates itaq; causam symptomatis nos edocet, nam si simul  
plures uertebræ dimouentur, ita ut quecumque paululum transmutetur, & sua secle declinet, tunc  
Foramen uero dorsi medullæ in his sculptum, tanto minus est incubentium uertebrarum foraminibus, quanto iam toto progreffu dorsali medulla gigantèa nervis tenuior graciliorque equalit. Foramen emittendo nero & admittendo uene arteriaq; in ambobus uertebrarum lateribus celatum, ferè uniuersum ad superiore referunt uertebram, que eius foraminis superiore sedem ac latera constituit, quum interm subiecta inferior uerba duntaxat humerum foraminis fedem efformet. Tranuersi harè processus utrinque singuli, longè tenuiores sunt thoracis uertebrarum tranuersi processibus. At interim admodum procerè eductum sunt, quasi costarum uitum in lumbis essent praestaturi. Prima & quinta lumborum uertebræ breuioribus tranuersi donantur processibus quam media. Præterea nullius uertebræ transuersi processus lumborum manebit afferunt, præter quintæ uertebræ processus, quibus quòd minus tranuersi aliorum modo portantur, illius ossa obstant, que illius uertebræ corpori uincinius accedunt, quam medianum in lumbis uertebrarum tranuersorum processus est longius.

Spina. Spina est ualida & crassa, at pro ipsarum mole non admodum proceræ, aut longa. Si dextrum sinistrumq; in spina species, ipsa tenuis est: si autem superiora inferiora consideres, latissima, superius quidem acuta, & in aperam definens lineam: inferior uero crassior, & quasi duobus donata simbus, in quorum medio linea seu oblongum educitur tuberculum, à quo ligamentum superiore in spine inferioris uertebræ lineam pronascitur, quod spinarum interuum opplenit, dextros musculos à sinistris ita dirimit, ac ligamentum inter ultimum & radium sedem fibi uendicans, internos cubitum occupantes musculos quadammodo ab extremitate interducit. Spinae mucro appendice, ut thoracis uertebrarum spinae, costata & undulato obtusus, ac quadammodo triangularis uisitatur, si modò utrinque ad latera unam tranguli costam, & tertiam (que alijs brevior est) in spine appendicis bati constitutas. Ascendentes processus interno laterè, quo le inueniuntur e regione speciant, finum adipiscuntur profundum, & si animum anteriori & posteriori finus partibus accommodaueris, oblongum. Descendentes processus insigniter declives feruntur, & externo ipsorum laterè in oblongum tuberculum defunxit, quod magis uertebræ anteriora quam posteriora respicit. Tubercula hæc in subiecta uertebræ ascen dentes subeunt processus, quemadmodum etiam ante fusi exequuntur sum: adeò ut huius Capituli haec, quod prius non recensui, nihil adiectum sit. Nec etiam aliud sub nescierem, nisi Galenus lumborum uertebris, ex abundantia unum utriusq; tribueret processum, quem ad inferiora uergentia iuxta foramen situm scribit, quo nerus a dorsali medulla primi cipium ducens prolabitur. Ego hunc processum in humanis uertebris nunquam obseruau, unde etiam in hoc inquirendo cedem ratione & via milie utendum duxi, qua ea indagare soleo, quæ à Galeno descripta in hominis cōpage mihi haudquaquam occurserit, que ut fecus quām ipsi tradidit habere cernerem. Confuei enim hac omnia mox in brutis animalibus, & postfimū (quorū copia nunquam defuit) canibus examinare, qui per saepē Galeni descriptionē mīhi ostenderunt, aut ueluti manu ducentes, quid fibi uoluerit, edocuerunt. Hic itaq; processus me tantisper latuit, donec omnium partium anatomon Bononiæ in simia illa aggrederer, cuius ossa præter humanum sedeton, IOANNI ANDREAE ALBIO, Hippocraticæ medicæ apud Bononienses professori darissimo, compagi: quum is, ut uir eft splendidissimus, suæq; Academie studiis summè addictus, omni humanitate admodumq; liberaliter in ipsius cibibus me Bononiæ hominis fabricæ docendæ gratia vocatus secundo, exceptisset. In simiarum igitur lumborum uertebris ad radicem tranuersi processus in inferiori ipsius sede, acutus conspicitur processus recta deorum protensis, & finus qui neri nomine incisus est, externum latus constituens, ac ueluti interuum quoddam cum defendente processu efformans, in quod ascendens inferioris uertebræ processus subintrat. Cæterum esti huic processus naturam in simia ob eius penuriam intueri non dabitur, canis tamen tres humiliores thoracis uertebras

a. f. cap. 14.  
E. F. tres in  
regia L ad  
D.

b. f. cap. 14.  
l. b. 4. E.  
t. 4. Q.

d. 1. 2. 7. fig.  
H.  
e. 1. 2. f. 1. ca.  
16. H. 1.

f. Openda  
id. 1. fig. in  
tegram. g. 1. in  
tegram. o. 1.  
b. f. 1. C. D.  
E. F. G. à C  
ad D.  
h. 1. 2. 3. fig.  
C.

1. 2. fig. D. lu-  
nac. E. au-  
tem eleva-  
fini notat.  
m. 7. mufc.  
tab. V.

n. 1. 2. 3. fig.  
F. G.  
o. 1. 2. 3. fig.  
I. K.

p. 1. 2. 3. fig.  
N. O.  
r. 1. f. O.

q. 1. 2. 3. fig.  
r. 1. f. O.

s. 4. f. H.

t. 4. f. G.

u. 4. f. H.

bras contemplator, etiā eiusmodi processus donatas: uti & in senioribus canibus perpetuo lumen uestre uestre eiusmodi processum obtinere vidimus. In homine autem ne signum quidem eius processus ulla in uestre reperitur. Lumborum igitur uestre in homine septem dominantur processibus, uno scilicet posteriori, seu spina, duobus transuersis, totidemque ascendentibus & descendebus. Simile uero adhuc duos habent, quos ad transuersorum radices consisteret diximus, adeo ut his nouem adsum processus: quot etiam in homine quidam recensuerunt, quum singulos ascendentibus processus, in duos processus subdividunt, idque simum ipsorum gratia. Verum haec ratione simius undecim processus in lumborum uestribus confusgerent. Porro Galenus interam (ne id prateremamus) parum sibi consentiens, in decimo tertio de Partium usu, foramina nervorum occasione ccelata exprimit, non uidetur peculiare in lumborum uestribus processum fingere, quum descendebus harum uestibrarum processibus illum usum ascribat quem alias dicto nobis simiarum processui tribuit.


Lumborum uester  
processibus pro  
cessuum numer  
tus.

x illi dup  
processus  
jent A. L  
pi. 1.3. Simis  
autem K.

### DE OSSE SACRO, ET OSSE COCCYGE. Caput XVIII.

PRIMA DECIMI OC  
TAVI CAP. FIGVR.A.

SECUNDA.



TER TIA.

TRIVM QVAE HIC PROPOVNNTVR FIGVRARVM ET  
carundem characterum Index.

PRAESENS tabula, uniuersum dorsofium, que lumborum uestribus subiectum  
tur, contextum exprimit. ac prima quidem ipsius figura, que dextrum latus occupat, anteriorem  
horum ossium faciem spectandam proponit. Secunda uero in sinistro consistens latere, pos-  
teriorum ostendit faciem, modice in latus delineatam, sinus communis etrandi gratia, cui dextrum  
ilium os coactatur. Tertia ante figura in dictarum medio consistens, integrum coccyx os  
ca forma magnitudine: oculis subiicit, qui in uigeta etatis hominibus plurimi obseruantur.  
A, B, C, D, E, F, G, H, I, K Hi characteres in prima figura novem denotant ossa, quin-  
tam lumborum uestibram subsequentia, quorum sex superiora sacri ossis loco in homine habitu-  
rus sum: quatuor uero inferiora (que etiam G, H, I, K in tercia figura insinuantur) mibi  
coccyx, seu (uti interdum loquimur) coccygis os, appellabuntur.  
L, L, R In prima figura notatur transuersi ossium sacrum os constituentium processus. uerum hic L &  
G 4 L, pri

*L*, priuatum indicat amplitudinem processus secundi ossis. *R* autem, & in hac, & in secunda figura ostendit processus transversi quinti ossis tuberculum, cui nonnulla ligamenta implantari possunt. *M*. audies. In secunda itaque figura *L*, *M*, *L* & *R* transversos processus ossis sacri ossium insinuantur.

*NN*, deinde *O*, postremo *P* *Q* *Φ* in secunda figura ossis sacri dextrum sinum notant, cui dextrum ilium, aut ut alijs forte placebit illos connecetur, & qui postmodum in plures sinus & tubera subdividetur. *N* enim & *N* notatur ipsius oblongus sinus, & anterior. *O* uero & *O* tuberculum indicant insofar ample cuiusdam linea prominens, ac anteriorum sinum *N* & *N* notatum a posteriori *P*, *Φ* & *Q* insignito dirimens. *P* enim superiorem sinus posterioris sinum notat. *Q* autem inferiorem. *Uero* tuberculum designat, superiorem sinus *P* notatum ab inferiori sinu *Q* insignito interduidens.

*S* In prima & secunda figura, primi ossis dexter ascendens processus notatur.

*T*, *V*, *X* His characteres in secunda figura tantum apparent, ac *T* quidem notat sinus ascendentes processus, *S* indicati, cui tuberculum descendens dexteri processus quintae lumborum uertebræ inarticulatur. *V* uero & *X* sensu buitis anteriori posteriusque notans superciliun, quanquam in terius etiam superciliun in secunda figura ascendentis finis tri lateris processus, *X* insignitum.

*Y* In secunda figura conexus frequenter apparet significatur, quo primi faciei ossis descendentes processus ascendentibus secundi ossis ad eum modum committuntur, quo hac sede lumborum uertebræ articulati, iam multò ante a didicisti.

*Z* In prima secundaq; figuris connexus notatur transversi processus primi ossis, cum transverso secundi ossis processu.

*a* In prima figura & secunda, indicatur inferior extuberansq; sexti ossis pars, que primo coccygis ossis ossis coarticulatur.

*bb* In tribus figuris insinuatur cartilaginosum ligamentum, coccygis ossis commissuras intercedens.


*c* In secunda & tertia, insignitur cartilago, mucroni coccygis ossis adnata.

*dd* In secunda sacri ossis ossium spine, posteriores ue processus ostenduntur.

*e,f,g,h,i,k* His characteres in secunda figura admodum latitant, notantes dorsalis medulla in offe sacro iter, foraminaq; hic inter spinarum intervalla subinde conspicua.

*1,2,3,4,5,6* His numeris in prima & secunda inscribuntur foramina nervorum à dorsali medulla in sacro offe complexa originem ducentum, que sex constituent paria, in anteriori ac posteriori sacri ossis sede excidentia. Horum primum pars inter primum os sacri ossis & quintam lumborum uertebram exilit, ipsiusq; sedes in *signitur*. Secundi autem paris foramen inter primum & secundum os confertur & indicatur: & ita scripatim reliqua suis numeris ostenduntur.

QVARTA  
FIGVR A.



QVINTA.

*QVONIAM* in praesentis Capitis contextu, Galeni gratia sumi. rum & canum sacri ossis & coccygis mentio incidet, non ab re duximus, & hic quoq; ea ossa, uti in sumis obseruantur, exprimere: quarta quidem anteriori sedem sacri ossis, & dein coccygis explicantes: quinta uero corundem ossium posteriorem sedem. Numerus igitur illae 1, 2, 3, &c. sex indicat ossa, quorum tertio cartilago priuatum subnascit. Neque est quod hac ossa prolixius characterib. depingam, quam illa ex humanis ossibus prompte intelligantur.

QVEM



VE M A D M O D V M permulta hac tenus commemorata, aliaq; postmo-  
dum & in hoc & subsequentibus libris frequentissime recensenda omniū  
qui Galeno succellerunt medicorum in dilectionibus ostentantiam ac insi-  
gnem prorsus incitiam attentantur: ita profectō non minus & ossis sacri,  
& coccygis quae apud omnes obvia est descriptio. Quid enim prohibet  
obsecro, illos Anatomes imperitos rudesq; dici, qui Galeni descriptiones  
in aliquibus falsas, in plerisque limis & canibus, non autem hominibus con-  
uenientes, ac si eas in homine spectasset, posteris proddiderunt: ac nunquam ab ipsis ne per  
sonnum quidem usū, & sc̄e perperam in Galeni libris intellecta, scribarum modo recentere  
haudquaquam sunt ueriti: Apud quem quoſo, Galeno tempora secutum, alia ossis sacri & coc-  
cygis hi mentio, quām à Galeno uarijs locis sibi nō confante, proditur: quum interim nulla  
prorsus imaginis ossis humani accedat. At in praefenti reliquo Galenū secutus, qui hominis  
partibus cognoscendis obsuere potius, quām profuere, ossis faciamus, Galeni omnium diffe-  
ctionis profectorū facile coryphae placitum altius resumentes, quō minus turpiter ipsius quo-  
rum autoritatē neglexisse uidetur. In libris itaque de Partium usū, facri ossis non flem inci-  
dit mentio: idq; inibi quatuor ossibus exstretur, nullo interim uerbulo de coccyge ossi  
asscripto. Et præterquam quod coccygis ossis Galenus inibi non meminerit, abundē constat,  
hoc ipsi quū illis libros scriberit, sūfle incogniti. Quandoquidē quatuor ossis facri ossa esse  
doceas, illorum extremo talem cartilaginem adnasci subiungit, qualem nos coccygis ossis  
muconi in sermonis progressu obnasci dicemus, & in quam offū fines alteri ossi non com-  
misisti, perpetuō ferē degenerant. Præterea in duodecimo de Partium usū, transuersos facri  
ossis processus tenues & subtile esse afferit: qui in libro de Ossibus eos (ut in melchore sunt)  
crafios & amplos esse docet. Verū Galenus in hoc de Ossibus libro, quem post libros de  
Partium usū, iam in simiarum sectione peritor, agressus est, facrum os tribus efformari ossi-  
bus percenset, illusq; libri ossis descripitione utcumque breuis sit, simiarum tamē & canum ossi  
facto eleganter & sc̄ite congruit. Dein sub tribus ossis facri ossibus alia tria enumerat ossicula,  
similis coccygis nomine ab ipso donata, & succincte ut in simijs sc̄e habent enarrata. In libris de  
Administrandis dissectionibus, quos omnium Anatomes librorum postremos secundō ex-  
arauit, ut semper simiar magis quām hominis constructionem inibi pertraçat, sic quoque facri  
ossis & coccygis ad eum modū meminit, ut nihil omnino ipsius oratio inibi à libro de Ossibus  
discrepet. Quando enim inter femoris motum autores musculum recenseret, quem à coccyge  
os principium ducere inquit, promptissimē colligitur, illum tria ossicula in simijs tertium os  
facri ossis subsequentia innuisse, quum interim in libris de Partium usū (dum magna ex parte  
aliorum Anatomicorum niteretur placitis) cum muculum à facro ossi (ut etiā in homine fieri  
audies) enasci scriperint. Ceterum quo minori negotio Galeni dogmata aſsequaris, & eorum  
ostentantiam pariter expidas, qui ex aliorum libris ea que nunquam uiderūt ridiculū transcri-  
bunt, iam me non pigebit & facru & coccyx os, ut in simijs canibusq; sc̄e habent, describere, ac  
postmodum hominis osium historiam instituere. In canibus itaque & simijs sub infima lumborum uertebrā, os quoddam reponitur tribus efformatum libris, ita iniūcē commisisti,

*Medicorum  
in Anatomie  
sc̄ientia &  
ignorantia.*

*Galenī de ja-  
cro effet coc-  
cyge sententia.  
Libr. 12, 13, 15,  
& aliis.*

f4 fig. cha-  
racteres, 1.  
2.3. Verū  
lumbarum  
ossibus  
adinde  
trunc.  
g. Hunc & fi-  
os ostendit u-  
trumq; in  
ut in anteriori seude iuxta carundem medium talem connexus speciem ostendant, qualem uerte-  
brarum corpora mutuo compacta exhiberēt, si quando ita coalusserit, ut ne cantillum quidem  
dein illi fini moueri posset, & ex ipsorum medio omnis cartilago temporis successu iam euansisset, quan-  
tumq; & in catulus facri ossis osium unius cartilagine etiam aliqua (ut in appendiculum conexu)  
bus, quod repleri conficiatur. In lateribus anterioris iam dilatit sedis, hæc ossa in astate proiectis uix ali-  
quam coaliutus imaginem ostendunt, sed continue ab initio sūfle uidentur. quemadmodum  
et posterior ipsorum osium fedes prorsus (nisi forte in admodum catulis) continua apparet.  
Tria hæc osia inicem ad hunc modum coalita, Galeno in libro de Ossibus, & libris de Ad-  
ministrandis sectionibus facrum seu amplius & latius os dicuntur. Sum enim hæc à lateribus  
amplia, continuaq; & quum uertebrarum imaginem quodam modo exprimant, hic amplos la-  
tosq; transuersos processus efformant, qui in iuicem continuin in se insignem & in eequalē aſpe-  
rumq; simum in externo latere excisum gerunt, quo ilium ossibus validissime coarctantur. In po-  
steriori parte hoc os tres exiguae effici ipinas, minus quām Galenus arbitratur sursum specian-  
tes, & subinde instar continuae lineæ constitutis. Hoc facrum os superius inferiusq; magna ex  
parte lumborum responder uertebris, superior nancē pars, superiori carum uertebrarū fedit  
inferior autem, inferiori aſsimilatur. Superior enim ossis facri pars tanta amplitudine protube-  
rat, & appendice donatur, quanta est inferior corporis infimae lumborum uertebræ pars, quæ  
facro ossi eadem prorsus ratione cōmittitur, qua lumborū uertebræ inter se coarctantur. Præ-  
terea

*Libr. decimo  
quinto.*

*Simia ca-  
ro ossis facri  
ossis definiſtio.*

terea facri ossis superior pars duos exigit ascendentibus processus, eodem modo insinuatos, quod ascendentibus in lumbis uestrebrarum procellis calci diximus. His excipiuntur infime lumborum uestrebrarum descendentibus procellis tubercula. Porro inferior facri ossis pars (quae tertii & angustissimi trium ossium facri ossis humilior fedes est) orbiculari quoque protuberat corpore, lumborum uestrebrarum corporibus forma admodum simili. Nulla enim ratione illud ab his varia, quam quod facri ossis corpus lumborum uestrebrarum corporibus tanto minus sit, quanto hoc corpus ab illis mole uincitur. Praefens facri ossis corpus uni committitur<sup>b</sup> osseculo,

*Coccygis  
canini de-  
scriptio.*

quod ex tribus ossibus coccygis ossibus iam primum enarrabitur. Sub sacro itaque osse tribus ad hunc quem diximus modum ossibus concinnato,<sup>a</sup> alia tria collo cantur ossicula ordinis in unum succedentia, & lumborum uestrebris in conformatione non ab similia. In nullo namque ab illis imagine differunt, nisi quod transuersos processus latiores, quam lumborum uestrebrarum obtinent, & eisdem magis decoloruntur quam sursum coniunctores: dein spinam aut nullam, aut per quam exiguum a le protrigunt. Corporum enim forma penitus illis respondet uestrebris, nisi forte pro ossiculis mole haec aliquis, minima quoque expendens, ampliora efficit alueretur. In ascendebentibus autem & descendebentibus processibus ne minimum quidem discutuntur. Horum itaque trium ossiculorum supremum, suo corpore tertio facri ossis ita coarctatur ossi, ut lumborum uestrebrarum inter se. Suis enim ascendentibus processibus descendentes ossis facri processus excipit. Trium haec inferiora ossicula Galeno coccyx proculdubio appellantur. Inter tria enim haec ossicula, & inter horum supremum & facri ossis inferiore partem, non minus interuenient cartilaginis, aut potius cartilaginei ligamenti, quam inter lumborum uestrebras, quum inter tria facri ossis ossa nihil, utiam diximus, cernantur cartilaginis, & praecepit in aetate proecloribus. Deinde in canibus simiusque musculus femur mouentur quartus, a tribus illis ossibus primi sumpit, eum dico, quem in tertio de Administrantis unctionibus a coccyge osse enalegi Galenus restatur. Quinque etiam foramina nervis transmittendis incisi, Galen in libro de Ossibus descriptione accurate conuenient. Trium haec inferiorum paribus facri ossi, & totidem coecygiis Galeno tribuantur, quae in hunc se habent modum. Veteribus Anatomie professoribus is in nervorum paribus recensendis mos fuit, ut nervorum pars semper ad nervis subiectam referrent uestrebras, ac proinde primum dorsalis medulla nervorum per enumeraret, quod inter occipitis ossis & primam colli uestrebram proficit: secundum, cui inter primam & secundam colli uestrebram via excupitur. Si itaque primum nervorum ossis facri pars id censetur, quod inter primum ipsius & infimum lumborum uestrebram clabitur, cui foramina ad eum modum incedunt, quo in lumborum uestrebris ea haberent primum proditum est. At secundum & tertium pars, non a lateribus primi pars ritu existunt. Quum enim ossis facri latera articulatione cum ilium ossibus praeparentur, impossibile fuit & hic quoque per latera nervos excidere. Quocirca in anteriori & posteriori ossis facri sede foramina in ossium compage excidunt, ut hac Nature industria ab illis nervorum paribus, quemadmodum & a ceteris ferè omnibus antrorum retrofumisq; fibroboles opportune dirigentur. Ac secundo quidem pari foramina in primi ossi cum secundo compage excidunt, tertio autem pari via paratur, quia secundum ossis facri os tertio coalecit. Ceterum tribus a coccyge osse pallulantibus nervorum paribus foramina perinde ac in lumborum uestrebris excupitant, quum enim horum ossium latera (ut ossis facri ossium) articulatione non occupentur, fatius fuit candem hinc foraminum seriem obseruare, quam in alijs uestrebris laterali articulatione non præpeditus fieri docuimus, potissimum quum horum ossiculorum articulatio illi par sit, quia lumborum uestrebras inuicem coarctantur. Primum itaque per in utroque latere uno incido foramine inter territum facri ossis os & primum coccygis prodit: Secundum uero inter primum coccygis os, & secundum: Tertium autem pars, inter secundum os & tertium egreditur. Ab humiliori uero de te tertii ossis, quod dorsalis medulla reliqua est, coniugis expers, nullaque associatum excidit. Singulis enim ossibus facri ossis & coccygis ossis dorsali medullae via excupitur, medulla hinc crassitie respondens. Extremo tertii ossis coccygis ossis in canibus & caudatis simius folida & non perforata ossa, oblonga & superius inferiusque crassifacula, in medio autem tenuis quadam continua serice annexantur, caudamque constituant. Interdum uero, neque id infrequenter, in multis canum & simiarum speciebus etiam plura tribus uidentur coccygis ossis ossa, eiusdem proflus cum tribus superioribus formae, atque ita etiam illis rite pluram nervorum paria ab illorum ossium lateribus proficiunt. Non caudatis simius infinito coccygis ossis ossi cartilago tantum adnascitur: quanquam tamen ex illis non adeo concinna, atque ex canibus, Galeni sententia intelligatur. Quum igitur haec ita in illis animalibus se habeant, ex hisque Galeni descriptionem optimè percipiā, & pariter in scholis adeo amicē ostendam, ac postmodum

<sup>b</sup> 4. f. ch.  
viii. 4. 5. 6.

que confe-  
res cum in-  
tegraram ji-  
gor, lumbo-  
rum uestre-  
bris.

*Hec fratre  
riatum pecc-  
tari ex 2. 5.  
fi. Cap. 11.  
lib. 4. pra-  
positus.*

in homine secus omnino inueniam, cur quæc so scioli quidam, & in Galeni uerba iurati, ad aliudq; nihil quam ad detrahendum & iniudicandum est, nunc mihi obstreperant, quod toties Galeni placitis inter dissecandum minime acquiescam; Quasi uero & ipsi oculis priuarentur, ac mihi quæ meo marte adiuuenio, non licet, ob neficio quam in Galenum religionem, apud eruditissimos saepenofitare etatis viros proferre, quum interim hisce rabulis, nullus nec bonus nec malus genius silentium posset imponere, si quid dignum de medicina subiecto, & ars in an Scientia sit, & num prædicatorum tractatio ad logicum an ad metaphysicum spectet, & de intellectu possibili, & num scientia de anima omnii fit prestantissima, alijsc inepitis reperiissent. Verum illos ridiculos (quamvis interim superciliosos) homines, modo (ut longe minus adhuc præfens confuevit) nequit quam moror: qui potius gratiam à ueritatis studiis expecto, quod Galeni sententijs subinde commemorauerat, ueram hominis costrucionem ipse pertraitem, etiam si forte longius alicui expatiet oratio. Nec arbitror Galeni (qui toties inter scribendis ingenuis uideatur, quod simul cum ipso Anatomæ studium profluit, ut famè accidit, collaboretur) manes mihi ob id infestos fore, quod ipsum potius simia quam hominis fabrica edocere, ac propter aliorum Anatomicorum illum præcesserunt libros, à simiæ conſtructione ad hominis demigrare, simulq; ambas confundere, ostendam. Quod non cō dico, quasi in faciōnib; & coccygis descriptione Galenus hominis ossa cum simiæ misceruit (nisi uolens pauciora coccygis ossa, quam subinde in caudis simiis occurrit, enumerauerit) sed quod quinque tantum uerebrae lumborum recenscat, quum canes & caudatae simiæ plures habeant, nihilominus tam Galenus & uerebrae & facrum os & coccyx os simiæ defribat. Quod uero ueteres alli pueros in Anatomie exercentes, hominis ossa fedulò uerauerint, nomina attestantur partibus ab ipsis indita. Vix enim ambo, quin *bonyx* appellauerint os quoddam à similitudine quam, quam cum aut à Plinio quoque coccyge (nobilis uero cocculeo) nuncupata, obtinet; præcipue quoniam carne ligamentisq; adamussim nō est purgatum. Quia autem hac esse possit similitudo, tunc promptius exponam, quum horum quoque ossium in homine descriptionem sufficiet addidero. Sub lumborum itaque uerebrais in homine plurimum decem reperiuntur *Hominis fabr. ossis descriptione*, tūra ossa, quorū sex facrum hominis os, quatuor uero coccygem constituant. Sex enim fu- periora inueniunt ut committuntur, quemadmodum tria ossa canis facrum os efformantia, unū relatum est. In medio enim anterioris sedis connexum ostendunt, qualē uertebrarum constituerent corpora, si adeo coaluerint, ut nihil cartilaginis in sex horum ossium unione ui-feretur, nisi forstian in admidum pueris, quibus ossa adhuc proflus non coaluerent. In lateribus quoque anterioris partis, ubi (ut ita dicam) transuersi sex horum ossium processus inuicem uniuntur, admidum obliqua cōnexus apparet species. In posteriori autem fede, unio proflus aboletur, unumq; ex illis sex efformatum conficitur. Nulla enim hic unionis se offert linea, nisi interdum in primi ossium cum secundo coaliuit. Quippe non raro primum os secundo posteriore fede articulationis forma cōmīti spectatur, qua alcēndentes descendentesq; in lum-bris uertebrarum processus articulari solent. Verum eti illi processus ita iunguntur, transuersi tamen eius ossis proflus, omni ex parte secundi ossis processibus coalescent: & omnes sibi con- nexus adeo sunt ualidi, ut primum os ne tantum quidem super secundum moueri queat. Ali quando tamen facra ossa in cemiterijs obuiā primū os abruptum ostendunt, idq; ac si lum- borum esset uerebra scorbuti inuenientur. Nisi enim id primum os crassis & amplis donaretur transuersi proflus, alumborum uerebrae forma uis dēcīri posset. Porrō in pueris sex horum ossium coaliuit etiam in posteriori fede cōpīcūs est, quemadmodum in anteriori parte est spectatissima. Deinde ut in nullis hominibus in anteriori fede coaliuit omnino oblitteratur, ita etiam perpetuo in posteriori facri ossis fede ea coaliuit species se offert, quæ ossium corporib; perficitur. Si enim foraminis dorsali medullam in sacro os inciso, animū accōmodaueris, per foraminis progressum, ossium corpora ita liquido coaliūt cernes, atque in anteriori fede. Præterea sex horum ossium series tribus ossibus quæ canis facrum os efformant, responderet. quemadmodum enim his supremum maius est medio, & medium maius infimo: ita quoq; homi- nis ossa tota minor auidentur, quanto humiliorem in sacro os fede em occupat. Quanquam secundū os, hoc sibi priuatim uendicat, quod inter reliqua ossis facri ossa amplioribus crassi- ribusq; & antrosum retrofumq; magis prominentibus transuersis confert processibus. Pri- mi seu supreni ossis superior pars, omnino superiori fedi cuiuslibet lumborum uerebrae respodet. Et corpus etiā quintae lumborum uerebra ita primo ossi adaptatur, ut lumborum uerebrae su- perioris uerebrae processuum tubercula suscipiant. Sexti uero ossis humilior pars insigniter ab inferiori fede tertij canum ossis differt. Hominis enim os nullos descendentes adipiscitur processus,

*L. b. 10. N. 2.  
m. 1. 2. 3.  
n. 2. 3. 4.*

*et. cap. 14.  
G. 1. 2. 3.  
K. den. in-  
tegrator.  
fig. 1. 2. 3.  
fig. 1. 2. 3.  
et huius ca-  
ratis 2. 3.  
fig. 1.  
b. 1. 2. 3.  
C. D. E. F.  
c. 4. fig. 1.  
t. 1. 2. 3.  
d. fig. 1.  
d. fig. 1.  
14. R.  
e. 1. fig. L.  
L. 1. 2. 3.  
f. 1. fig. Z.  
b. 1. fig. Y.*

*H. 1. 2. 3.  
c. 1. 2. 3.  
f. 1. 2. 3.  
s. 1. 2. 3.  
t. 1. 2. 3.  
d. 1. 2. 3.  
14. R.  
e. 1. fig. L.  
L. 1. 2. 3.  
f. 1. fig. Z.  
b. 1. fig. Y.*

*i. 1. fig. f.  
b. 1. b.  
h. 1. fig. Z.  
p. 1. 2. 3.  
i. 1. 2. 3.  
l. 1. 2. 3.  
p. 1. 2. 3.  
p. 1. 2. 3.  
p. 1. 2. 3.  
g. 1. 2. 3.  
p. 1. 2. 3.  
m. 1. 2. 3.*

Et corpus etiā quintae lumborum uerebra ita primo ossi adaptatur, ut lumborum uerebrae su- perioris uerebrae processuum tubercula suscipiant. Sexti uero ossis humilior pars insigniter ab inferiori fede tertij canum ossis differt. Hominis enim os nullos descendentes adipiscitur processus,

processus, quibus sibi subdito ossē coarticularetur. Verū duntaxat in orbiculare, sed paulò latius definit tuberculum: quod primo ossī, coccygis in homine ossīs, eo modo committitur, " quo uertebrarum corpora inter se, aut potius quo caudarum ossīa mutuō coartantur. Quin etiam transfueris humani ossīs sacri ossīum processibus in externo latere, parumper uerū posteriora, sinus exculpit, cui alterius lateris illūm" os validissime coartatur. Est autem hic illūnus admodum alper & inaequalis, ac primum quidem secundum ipsius lōgitudinem in medio extuberantem habet lineam, aut amplioris linee modo prominens tuberculum, quod sinum rufus, in anteriores & posteriores sinus, dirimit. Anterior utrumq; simplex est, alper tamen, & inaequaliter admodum incisus, posterior altius cauator, uerū in medio processum ostendit transfueris extuberantē, qui sinum posteriorem denūm in superiorē & inferiorem interdiuidit. His sinibus aptissimū relipōdēt illūm ossīa, mutuis tuberibus, finibusq; donata. Sinus hi & tubera cartilagine aliōrum sinuum modo non obducuntur. Qum enim alia tubera & sinus leui continuāq; & plana cartilagine incrusterent, istū sacri ossīs sinus nihil præter cartilaginea educunt ligamenta, lacrums os robustissime illūm ossī concētent. Hi sinus præterea ad triaptilissimum superiores ossīs sacri ossīs referuntur, inferiora enim processus transfueris habet tenues, at amplos interiōr, & inter se continuos, ex quibus iūmus ille pronascitur, qui femoris motus rotundus habebit. Verū transfueris quintū ossīs processus ea parte, qua transuerso sexti ossīs unitur processus, tuberculū exigit, ut cunq; prominens & crassum, in hoc formatum ut opportunē duo ligamenta hīc fac̄t ossī implantarentur, quorum alterū ab acuto coxadicis ossīs processus encī docēbitur, alterū ab elatiōre fedē appendicis, qua coxenīcīs os doñari audies. "Foramina nervis transmittentis in sex itūs ossībus exculta, imagine, quamvis non numero, illis omnino cōuenient, quæ tribus canis ossībus inciduntur. In anteriori enim fedē homini quina utrinque iuxta corporum compagm foramina celantur, & totidem in posteriore fedē; adēt ut hæc ossīs ex nervo paribus uiam præbant. Primum nanq; inter primum os & quintam lumborū uertebrarum perinde egreditur, ac reliqui nervi ex lumborum & thoracis uertebrarum lateribus profiliuntur. Secundū per inter primum ossīs sacri ossīs, & secundū & alia hac serie deinceps ita elabuntur, ut excidens par ad subditum os perpetuō referatur. Præter hæc foramina nervi exculta, in posteriore sacri ossīs fedē alia apparent, inter spinas ossīum, in uiam spectantia quæ dorsali medullæ est parata. Hæc foramina ligamenta opplentur, perinde ac interualla foraminaq; inter spinas reliquarum uertebrarum conspicua. Cæterū haec inter sacri ossīs spinas interualla, interdum continua apparent, neque ullis foraminibus interdūcēt, inde ac in canibus sere percutit. Verū interim ossīs sacri ossībus spinæ obtigerunt, tanto in sinulis ossībus proceriores, quanto os ipsum unde producent grandius superiusq; est. Nulla tamē spina (si modo quid iudico) ne minimum quidem sursum conniuit, sed deorsum potius omnes spectant, & ut in alijs uertebris cum transfueris processibus interuallum quoddam & sedem constitutum: in quam<sup>4</sup> nonnulli dorsum mouentes musculi aptē reponuntur, & à qua illi iustissimē cum alijs hinc proclivibus musculis originem ducunt. Tota autem ossīs sacri fedes posterior gibba est, & curva, quod ita tutius propugnaculī modis eas quibus praest̄ partes tueruntur, ac ab occurvantibus munirent. Anterior autem fedē, leue est, neque alper sum, sed simum cauūm, quo aptiorem illis organis quæ cum alijs ossībus instar pelvis cuiusdam complectit, sedem efformat. Ad hunc primum hominis facrum os se habet, quod interdum quinque tantum constat ossībus, & tunc in anteriori fedē duo defunt foramina, in posteriore tamen perpetuō sex nervorum conjugij iter patrum cœuntur. "Coccyx os quatuor exterrit ossīs: quorum supremū, sinus exigit, quo sexti ossīs sacri ossīs tuberculum" excipit, "quod ipsi corporum uertebrarum modo ligamenti admodum cartilaginei interuentu committitur, nulla interim alia accedente articulationis specie, nisi forte quinque tantum ossībus sacrum os exterratur. Tunc enim ad foraminis cuiusdam in posteriori fedē constitutio nem, neruumq; sexti in sacro ossē coniugij deducendum ac defendendum, primum hoc os in posteriori fedē duos acutos educit processibus, qui sursum spectantes, quintū ossīs sacri ossīs processibus validē coalefcunt, ipsumq; primum coccygis os uix cartilaginei ligamenti interuentu quinto committitur, sed prope modum ossīs facri ossīum ritu coalefcit. Porro primum coccygis os, quando sex sunt ossīs facri ossīs (quod frequentissime euenit) eiusmodi nullos edūcit processus. Verū ad sinus eius, quo sexto ossī facri ossī coartatur, latera, superiori ipsius fedē latius ad transfueris extuberat: inferiori autem parte sensim angustatur, ac rufus secundo ossī ita omnino committitur, ut id sexto ossī facri ossī diximus committi. Huic deinde tertium & quartum succedunt, eodem penitus modo inuicem commissā, tantoq; minora, quanto unumquodq; in ipsa serie humiliorem locum obtinet. Quatuor his ossīculis nullum foramen unquam

*Foramina  
nervos in fa-  
cro ossī trans-  
mittentur.*

*Sacri ossī  
fibulae.*

*Anterior  
et posterior fa-  
cri ossī fedē  
cauūm.*

*Coccygis ossī  
sif bifurca.*

n fig. cap.  
14. R. aut. 18  
1, 2. fig. 18  
hanc ab h.  
o 2 fig. N.  
N. C.  
p 1 fig. cap.  
29. Ab. C.  
C.  
q 2 fig. O.  
r 2 fig. N.  
s 2 fig. P.  
Q. 2. V. 18  
P & Q. 2.  
os finit. s.  
autem s.  
ber notat.  
t 11. mo. 1.  
tab. 4.  
u, 1, 2. fig. R.  
x 10. mo. 1.  
tabula 1.  
unum 7. al-  
terum 2.  
y 2 fig. cap.  
z 4. d.  
z Edom  
fig. 1.  
a, 1, 2. fig.  
charact. 1.  
2. 6. fig.  
Ha tamea  
magis 2. C.  
3 fig. cap.  
n 10. 4.  
pro pos.  
tar.  
b 1 fig. e.  
g, h, i, j.  
c 1 fig. d.  
d.  
d 10. mo. 1.  
tab. 2. d.  
in subseq.  
ter ad 10. s.  
que in hac  
desi par-  
te.  
et 1 fig. K.  
G, H, I, K.  
fig. cap.  
14. 1, K.  
in integris  
N.  
f 1 fig. g.  
g 2. 1. inscri  
ut.

unquam inscinditur, quo dorsalis medulla præparat, aut ex quo ulli exiliat nervi. In sexto enim ossis sacri osse dorsalis terminatur, neque ipsius extremum in coccyx os descendit. Hæc ossicu la fungosa sunt, & pectoris modo rubicantia, ac in pueris admodum cartilaginea, uniuerso contextu ex ampliori basi in mucronem definiunt, cocculi & rostrum modo introrum curuantur. Infimum ossiculum suo mucrone, quo' recti intestini posticam infimamq' fedem contingit, in cartilagineum degenerat, eiusdem usus occasione qua uertebrarum spinis cartilagineas obna scirelatum est. Hinc sane liquet, quām in Galenom estēsum impī, si hominis fabricam illum contendemus enarrasse, ac non potius similitudinem constructionēe illum perlecurum fatemur. & dein si non ipsi statim initio tertij libri Commentariorum in Hippocratis librum de Articulis crederemus, quatum air se de Olsibus librum conscripsisse, cūm signatim quale unumquodq' os esset, præcipue quidem in ipsis hominum aridis cadaveribus, sin minus, in simis certe diligenter inspexisset: ita indicans se omni studio fatem simias descripsisse, hasq' homini in oſium constructione esse ſimilim. Deinde si quis ipsius enarrationem ad hominum, non autem simiarum fabricam cogere voleris, is Galenus' quatuor ossa latissime annuet, que nos coccygis loco recentimus: & deinde Galeno fallo imponet, ipsi' sex foramina ſuſile incognita. Quandoquidem in homine utrinque in anteriori ſede facri ossis sex ſunt forami na, quin in canibus tria tantum occurrant, nam foramina in coccyge canum conspicua, tam in posteriori ſede, seu potius lateribus conſtūnt, uti & Galenus ueriflime recentet, anteriorum foraminum nullam faciem mentionem. Ad hæc, cogeremus Galenum oſcitantia turpiter inſimilare, quoniam non eundem contextum in tribus inferioribus ossis facri hominis oſibus esse dixerit, qui eſt in tribus superioribus. Non enim plus cartilaginis in inferioriorum oſium unionē, quam in superiorum interuenit. Et interim nulla cartilaginei ligamenti portio hominis coccygis oſicula comittit, quam cartilagineum, ut & in uertebrarum corporibus, Gale nus eſt exſistit. Adeò ut si preſuis ſingula inquirenda duceremus, tandem Galenum ex ueris aliorum Anatomicorum decriptionibus fallas feciſſe uelimus nolimus concederemus. Nulli enim dubium eſt debet, à formæ obliquitate & in mucrone ductu ac rubore, quatuor illa hominis oſicula ſed & uertebris ſuſile appella, quod illi hæc omnia ad cocculi roſtrū pueris ſuis referrent. quin interim nulla fit in canibus cum hominis oſibus ſimilitudo. Ea enim que Galeni conuenienti decriptioni, uertebris lumbori, uti diximus, omni ſimilitudine accedit. Porro facru os  $\omega\lambda\tau\omega$ , ſeutatum & amplum uocarunt, quod eius amplitudo facile reliquarum uertebrarum, quibus inſtar basis utulimq' fundamenti ſubſtinet, amplitudi ne min uiceret. Non enim arbitror eos id in amplitudine omnibus contulisse oſibus, quum illi ſuſile facro oſicampiiora eſſe cognoscantur. Vnde uero id  $\omega\lambda\tau\omega$  ſeu facrum uocari, non fati conflat: niſi id ita dixerint a rara quadam effigie formaq', aut quod adeo diuini propugnaculi imaginem referat: aut quod diuina ope, citra muſculorum auxiliū, in partu huic cum illi ſuſile coniux referari, ac denouo naturali inſtituti committi plerique (ſed fallo) arbitren tur, aut forte quod grande magnunq' ſit: quemadmodum apud poëtas illium, mare, famem, atque id genus, ſacra uocari putamus. Verum tunc, uti de amplitudine dictum eſt, ſacrum os uertebris duxata et fieri conferendum, quum oſta ipsi utrinque commissa, & femur ac tibiae os facro oſſe grandiora ſint, & interim unico tantu (ut ſic dicam) hæc coſtē ſuſile, quum ſacrum ſenis compingatur. Alij huic nominis rationem indagantes, nescio quid de ueterum ſacrificijs in medium adferunt. Porro quandoquidem nominum rationem perlubens ad alios remittere paſsim ſoleo, etiam huic nominis inuestigationi non grauitam conſeffero.

*Imponit in G. d.  
lumen eſſe, qui  
hominis ſuſile  
am docuſſe et  
contentant.*

*Coccygis &  
ſuſile ſuſile  
minum ratio.*

## DE THORACIS OSSIBVS.

## Caput XIX.

CHARACTERVM SEPTEM DECIMINONI CA  
pit̄ figurarum Index.


QVONIAM ſubsequens characterum Index ſeptem præpositi figuris habebitur communis, ut leuiorū opera ad quam figurarum characteres referantur cognoscas, ſingulis, uti confueciuit, numeri nota ſuſtinentur.

1, 2, 3, 4, 5, &c. In prima & ſecunda figura hoc numero indicantur duodecim thoracis coſtæ: quarum ſeptem ſuperiores pedloruſi articulantur, quinque autem humiliores non item. Thoracis uero uertebrarum numerus, etiam citra notarum ſuſtidium, modò non. ati coſtis obvius euadit: ſi ſingulis uertebris utrinque unam coſtam articulari ſpectes.


H AA

96 ANDREAE VESALII BRUXELLENsis  
A, A, 3 Quicquid costarum hucusque à uertebris fertur, ossum omnino est: hic p̄ primū costae in car-  
tilaginem degenerant. Reliquarum notarum index figuris subjicitur.

PRIMA DECIMINONI CAPITIS FIGV-  
RA, QVA THORACIS OSSIVM INTEGRA COMPAGO  
anteriori facie exprimitur, duodecim nimirum thoracis uertebrae, & duodccim  
utrinque costae, una cum pectoris osse pluribus efformato ossibus.



SECVNDA PRAESENTIS CAPITIS FIGV-  
RA, POSTERIOREM INTEGRÆ THORACIS OS-  
sum compagis faciem proponens. Iuuerit modò obiter tres figuræ contueri, quibus  
in huius libri calcet totus ossium contextus triplici facie delineatur.



TER



## TERTIA FIGVRA EX

MEDIIS VERTEBRA,  
rum thoracis, tres continent vertebrae, dextro  
latere expressas, una cum eiusdem lateris me-  
dia costa. Atque huius figuræ beneficio,  
costarum ad vertebrae articulatio, deinde  
costarum quoque ductus ostenditur.



QVARTA, EXPRIMITVR COSTAE  
POSTERIOR ET VERTEBRIS PRO-  
xima portio, ut tubera exacte in conspectum uenirent, quibus nouem  
superiores costae vertebrae articulantur. Præterea huius costae par-  
tem effregimus, ut ossa costarum ostenderetur substantia, quæ indicata.



QVINTA FIGVRA PORTIONEM  
EXHIBET DODECIMÆ COSTÆ PO-  
STERIORIS FACIE, quæ duodecima thoracis vertebrae coarctatur de-  
picitam. Hanc quoque, ubi post eum effregimus, ossam costæ substantiam ostensuri.



SEXTA FIGV-  
RA, PECTORIS  
ossis à cartilaginibus costarum  
liberi anteriorem partem  
proponens.



SEPTIMA, PE-  
CTORIS OSSIS  
cartilaginibus costarum liberi  
posteriorem commonans  
faciem.

B 1, 3 Nobis modo ad characterū indicem reverfis, B, B indicetur cartilaginea et costarum substantiae principium. Linea enim B et A intercedens, eius substantia cum ossa coaditum notat.

C 1 Prime costæ cartilaginis cum pectoris ossa coaditus.

D 1 Secundæ costæ cartilaginis cum pectoris ossa articulatio, à qua etiam promptè subsequenti  
um quinque costarum articuli species colliguntur.

E 3 Cartilaginis tuberculū, quo secunda costa ac quinque subsequentes, pectoris ossi articulantr.

F 1 Terminus cartilaginis illegittimarum costarum, qui acutus spectatur.

G 1 Sedes, qua undecima costæ cartilago à decima cartilagine frequenter debiscit.

H 1 Sedes, qua duodecima costæ cartilago ab undecima perpetuo dirimitur.

I 1 His sedib. costarum cartilagines inæqualiter protuberat, ipsarū interualla plerumq; opplentes.

K 1, 4 Hac regione interne medianarum costarum sedis sinus oblongus excupitur, cui uena, arteria, et nervus insident.

L 4 Tuberculum, seu capitulum, quo costæ uertebrarum corporibus articulantr.

M 4 Tuberculum, quo costæ transversorum processuum apicibus articulantr. Atque hæc quo-  
dammodo nouem superioribus costis sunt communia.

N 5 Species tuberculi, quo undecima et duodecima costæ uertebris articulantr.

O 4,5 Tuberculum, in costarum posteriori scđe iuxta apicem transversi processus consistens, cui un-  
decimus dorsum mouentium musculus infertur.

- Q<sub>4</sub> Interum allum, inter L & M apparens, quod afferum ligamenti producendi gratia efficitur.
- R<sub>4</sub> Hec quoq; sedes, musculorum quos in Capitis contextu numerabimus occasione exacerbatur.
- S, T, V<sub>3</sub> Tres simili contextus vertebræ, aut harum uerebrarum corpora. Alias autem vertebræ rumpentes, processus suis locis indicantur.
- X<sub>3</sub> Sinus duabus vertebrarum corporibus communis, cui costæ capitulum inarticulatur.
- a<sub>3</sub> Costæ ad vertebræ corpus articulus.
- b<sub>3</sub> Sinus in transuerso uertebræ excipiens processus, cui costæ etiam articulatur.
- c<sub>3</sub> Costæ ad transuersum processum, articulus.
- d, e<sub>3</sub> In supremâ uertebræ S infigitæ, etiam d sinus indicatur, talis qualiter inter medianam & infimam uertebram X expressimus, ac e non notatur, cui in infima uertebrâ b inscriptum cernis.
- f<sub>3</sub> Costæ regio in posteriora maximè exporrecta, adeò ut in hunc modum opportune costarum du- Elum hinc metaris. Ab a enim & c ad f costæ à uertebris deorsum obliquè in posteriora fer- tur. ab A uero & B ad E, sursus in anteriora circulatum costæ reflectuntur.
- g, h, i, k<sub>1</sub> His characteribus in prima figura pectoris os notatur, ac g quidem ad h, primum pectoris in- dicatur os. b uero ad i usq; secundum. i ad k usq; tertium. k autem, mucronatam pectoris os- sis not. at cartilaginem. V erum iam exactius pectoris os in sexta & septima aggrediemur.
- l<sub>6</sub> In anteriori primi ossis sedes protuberans in flatri trianguli pars, que tet q, & r possit circumscribi.
- m, n<sub>6</sub> Sedes utrinque ad partem cum protuberante depreßa.
- o<sub>7</sub> Posterior primi ossis sedes, que utcumque causa cernitur.
- p<sub>6,7</sub> Sedes primi ossis, cui prime costæ cartilago innascitur.
- q, r<sub>6</sub> Sinus primi ossis, quibus clavicularum capitula articulantur, ac r etiam in scptima figura dextrum indicat sinus.
- s<sub>6,7</sub> Sedes inter duos clavicularum nomine insculptos sinus consistens, ac lunæ modò excavata.
- t<sub>6,7</sub> Hac sede primum os secundo committitur.
- u<sub>6,7</sub> Communis primi & secundi ossis sinus, cui secundæ costæ cartilago coartatur.
- x, z, &, &<sub>6,7</sub> Sinus secundi ossis, quibus cartilaginiæ tertie, quarte, quinta, sextæ & septimæ co- flari in articulantur.
- y, &, &<sub>6,7</sub> His sedibus interdum in pueris secundi ossis distinctiones apparent, perinde ac si id ex pluribus efformaretur ossibus, per unionem mutuo coalescentibus.
- z, &<sub>6,7</sub> Hoc tertium pectoris ossis os conseruit, quod in cartilagineum ensis mucroni non absimilem, ac
- u. n. not. at am finitur. Foramina, quibus interna pectoris ossis sedes abundat, estis notis non indicen- tur, sc̄c facile demonstrant.

Quid thoraci.  
Liber & Hi-  
storia animali-  
rum Cap. 7.  
Pectoris os.  
Pedonis os.



HORACEM uocabimus, quicquid costis interceptu circumscriptum, & est; non autem cum Aristotele uniuersum corporis trunca, quem a iugulo ad pubem usq; metitur. Anterior uero thoraci pars, pectoris opportunè nominabimus, ob idq; etiam latum in hac sede os, cui costæ coarticulantur, pectoris seu pectorale os ritè uocabitur. quod minus tres Gracorum & praecepit Galeni uoces, bægeæ, & & sevæ oscitantur ad meum confundere. Pectoris itaque os, & costæ, itemq; duodecim dorsi uertebræ, qua thoraci haec tenus ascripsi, thoraci sunt ossa. Est autem admirabilis summi rerum Opificis industria, qua totus thorax neque osseus, neque carnosus efficitur, utrum os cum tria culis uelutin alternantè commutatur. quamquam interim caruaria quidem uniuersa ossa, abdomen uero musculosum magna ex parte extirrunt. Ceterum deinceps haec non per trans- nam aut obiter considerare, utrum accurate praeceps studio expendere. Quum enim tria sint principia hominem difpensantia, os quidem immobile ac nullis interlinctum musculis primo principi circundatur, musculi uero tertio: at secundo ex omnibus musculis q; medium quid circumtextur. Cerebrum namq; in nullos usus musculis egreditur, quum nulla caruaria pars aut dilatatione, aut compressione indigeat. Quare etià meritè caruaria veluti gales & murus immobili ipsi circumponitur. Porro si organi ecori familiantibus, uentriculo felicit, & in- testinis, & uescicæ, ac demum ipsi utero aliquod tale septum in circuitu oppositum fuisset, ubi ci- bum & potum uentriculus fulciperet: quorundam utero gelfantium tumor emineret: quā exer- carentur excrementa, aut quomodo partus felici conatu propelleretur: nullo hī open fe- rente

Opificis ren-  
ti thorace ex-  
ando indu-  
stra.

Omniū  
thoraci os  
summi tria  
en. i. &  
fig. o  
sc̄c  
autem  
a integræ  
figuræ o  
ad.

Heccsten-  
dant & &  
s. mufc. id.

Hee com-  
monfrant  
prioris s. u.  
figure.